

19
14

V I N D I C I A E

T O P

ל ב ה ג

DEVTER. XXVII, 4.

C O N T R A

C E L E B. K E N N I C O T V M

I N S T I T U T A E

Q V A S

S V B S V M M I N V M I N I S A V S P I C I I S
C O N S E N T I E N T E A M P L I S S I M O P H I L O S O P H O R V M O R D I N E

P R A E S I D E
V I R O E X C E L L E N T I S S I M O A M P L I S S I M O
D O C T I S S I M O

I O H A N N E F R I D E R I C O S T I E B R I T Z
P H I L O S O P H I A E O E C O N O M I A E P O L I T I C E S E T C A M E R A L I V M
P R O F E S S O R E P U B L I C O ' O R D I N A R I O

A L V M N O R V M R E G I O R V M E P H O R O

P R A E C E P T O R E A T Q V E P A T R O N O
P I E T A T E M A X I M A A E T A T E M D E V E N E R A N D O

D. XXV. A P R I L I S A. O. S. M D C C L X V I .

P U B L I C O E R V D I T O R V M E X A M I N I S V B I C I E T

A V C T O R R E S P O N D E N S

I O H A N N S A M V E L Z E F F E L
O L S N A - S I L E S I V S
S. S. T H E O L O G I A E C V L T O R.

H A L A E M A G D E B U R G I C A E
T Y P I S G R V N E R T I A N I S

VINDICIAE

TOT

E C P C S

DEATHE ZYKH +

CARTA

CELESTE MUNIMENTUM

INSTYTUTI

OLAT

SAN SUMMI NICHONIS VATICANIS

CONFIDENTIA ET MAMMOMATIS HISTORIA AETERNIS

THEATRIS

ALIO EXCEPITURIS MO AMPLISSIMO

LOGISTICO

JOHANNI DE GREGIO STIBERIUS

ET TIBOCINAE DEDICATAE EQUITIBUS ET OMNIBUS

SCIENTIAZ ET MAMMOMATIS HISTORIA AETERNIS

EXCEPITURIS MO AMPLISSIMO

LOGISTICO

EXCEPITURIS MO AMPLISSIMO

LOGISTICO

SCIENTIAZ ET MAMMOMATIS HISTORIA AETERNIS

EXCEPITURIS MO AMPLISSIMO

LOGISTICO

SCIENTIAZ ET MAMMOMATIS HISTORIA AETERNIS

EXCEPITURIS MO AMPLISSIMO

LOGISTICO

SCIENTIAZ ET MAMMOMATIS HISTORIA AETERNIS

EXCEPITURIS MO AMPLISSIMO

LOGISTICO

SCIENTIAZ ET MAMMOMATIS HISTORIA AETERNIS

EXCEPITURIS MO AMPLISSIMO

LOGISTICO

SCIENTIAZ ET MAMMOMATIS HISTORIA AETERNIS

V I R O

EXCELENTISSIMO CONSULTISSIMO
AMPLISSIMO QVE

CAROLO WILHELMO HVBNERO

SERENISSIMI DVCIS VVRTEMBERG - OLSNENSIS A CONSILIIS
MVNIFICENTIAE KOSPOTHIANAE DIRIBITORVM PRAESIDI GRAVISSIMO
PATRVM OLSNAE CONSCRIPTORVM EIVSQVE CIVITATIS
OMNIS DIRECTORI SAPIENTISSIMO

V I R O

SANGVINE AC VIRTUTE GENEROSISSIMO
ET PER . ILLVSTRI

IVLIO ADOLPHO DE CZISCHVITZ

DECISIONVM PEREGRINARVM ARBITRO
ADMINISTRATORI SENIORI BENEFICII EIVSDEM KOSPOTHIANA
ALONGE GRATIOSISSIMO HEREDITARIO A STEIN etc.

V I R O

GENEROSISSIMO AC PER . ILLVSTRI

IOHANNI CHRISTOPHORO
DE FERENTHEIL

EIVSDEM INDVLGENTISSIMO MVNIFICENTIAE ADMINISTRATORI
ET HEREDITARIO A IAKSCHOENAV

NEC NON
V I R O
GENEROSISSIMO ET SVMME VENERABILI
IOHANNI ERNESTO GOTTLIEB
DE RADETZKY
SERENISSIMI DVCIS WVRTEMBERG - OLSNENSIS A CONCIONIBVS
AVLICIS CONSISTORII DVCALIS CONSLARIO
MINISTERII QVOD APVD OLSNATES FLORET PARITER AC CIRCVLI
OLSNENSIS ECCLESIARVM SUPERATTENDENTI. SEMINARIIQUE
ILLVSTRIS INSPECTORI. VIGILANTISSIMO
BENEFICIIQUE KOSPOTHIANI ADMINISTRATORI.
BENIGNISSIMO

V I R I S
LONGE MVNIFICENTISSIMIS
MAECENATIBVS AC PATRONIS
OMNI QVO DECET OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVNDBIS
SINGVLIS
COLLOCATAM QVALEM CVMQVE OPERAM IN PAVCVLIS HISCE PLAGVLIS
QVAE FOETVS LOCO PEREXIGVI
OCII ACADEMICI PER ANNVM TRANSACTI
HABERI
TESSERAMQVE GRATIARVM ACTIONIS PRO BENEFICIIS VERBIS
LONGE SVPERIORIBVS LICET LEVIDENSEM EXHIBERE
DEBEANT

CVM ADPREGATIONE
OMNIS PROSPERITATIS
IPSIS FAMILIISQVE IPSORVM SPLENDIDISSIMIS
A NVMINE SVMMO PORRO CONFERENDAE SINCERRIMA
LONGE VERECUNDISSIME
VT MAXIME PAR EST
PVBLICE DICAT CONSECRAT

A V C T O R
I O H . S A M . Z E F F E L



ac penumero mecum trutinanti, qua demum ratione
gratiae VESTRAE ac bencvolentiae, qua buc-
dum continuo me prosecuti studia subleuastis, sta-
tuam aliquid documentum, idque publicum; nullo
alio quidem modo hoc fieri melius posse tandem du-
xi, quam si lucubrationem quandam, quam vo-
cant academicam, conscriberem, Nominibusque
VESTRIS longe sublimibus omni, quo par est, obsequii cultu pro-
sequendis, inscriberem. En igitur hæc plagulas, e nulla alia quam
eadem causa profectas, quae Splendoris, quem in se habent nullum,
e Splendidissimis VESTRVM Nominibus ut mutuentur aliquid pe-
tant, sperant. En cogitata quadam, dissertationis Viri moderni
temporis longe celeberrimi, cuius equidem discipulus qui adpeller mini-
tine sum dignus, occasione composita! Accipiatis ergo fronte, quo sem-
per, quandiu apud VOS commorabar, me arrisistis, exigua haecce
testimonia animi, cultoris, quandiu vivit, magnis VESTRVM no-
minibus adsurrecturi, submisisti! licet dignitatis, qua eminetis,
qua supra quam laudari queat eniteſcitis, amplitudine parum fuit di-
gna! Accipiatis ea, tenuem tamquam diligentiae foctum, aut ut re-
ctius dicam ocii solummodo litterarii, ab homine profectum, cui cum
corporis infirmitatibus admodum colluctandum fuit hucusque; et tribuas-
tis, quaeſo, benigni eiusmodi diebus anxiō dolore nimium turbatis, ſiturbati-
bam ſaepius et non bene ſuentem cogitationum, poſitionum, et ex-
pressionum deprehendiſtiſ ſeriem, et ſi alia plura inuenieris, quae
probatiſſimæ VESTRAE eruditio ni minime probabuntur; quod
VOS per eum, quo meam quidem tenuitatem, ſtudiaque exilia buc-
dum ſouifistiſ, amorem, enixa obteſtor, rogo.

Vivas interim, EXCELLENTIſſIME HÜBNERE, maxime mi-
hi ſuſciende, viuas longum DVCIS conſilium, Oſnensium Patrum
conſri-

conscriptorum Caput ac Director longaeum adhuc decus, deliciae Con-
jugis, familiae gaudium, solatum ciuium, iustitiaeque praesidium!
Vigeas et TV, PER ILLVSTRIS SENEX DE CZISCH-
VITZ, ultra quam adsolent vinere mortales vitae fragillimam et metam,
nouis quo quis die viribus Corroboratus! Senex canus juuenis floreas vi-
gore in Generosissimorum, quibuscum TIBI intercedit necessitudo,
agnatorum laetitiam, insustentationem egenorum studio sectantium, in
Subditorum amorem. TE GRATIOSISSIMVM DE FE-
RENTHEIL CVM TVA OMNI FAMILIA seruet Numen,
sospitet, et ad summatam usque aetatem porro protebat florentissimum.
Et viuas denique TV non minus, GENEROSISSIME DE R A-
DETZKY, Virad Cineres usque deuenerande, longa DVCIS SE-
RENISSIMI voluptas, longaeus satis salutarium Dei in seruatore
diuitiarum praeco, iniictus aduersariorum horror, longaeus diuiniorum
Christi familiarum vigil et Antistes verendus. Viuaris, floreas-
tis, vigeatis omnium, si qui sunt, qui perpauci sunt, Maecenatum optu-
mi iisque munificentissimi! Paires, patroni, sautores, mihi, quadriu de-
biles trabo spiritus, non nisi summa veneratione cogitandi, nominandi,
et si quoque Numen, quod solum nostrum regit halitum, me valetudi-
narium nolit ad VOS reducem, in meliori tamen vita superstiti miki
multo perfectiori mente recolendi! Faueatis miki denique obsecrosingu-
li, gratianque VESTRAM propensioremque voluntatem, qua ni-
bil miki optatis, et ad spes fortunasque meas constabiliendas adecommo-
datius contingere quidem potest, seruetis perpetuam.

GENEROSSI SIMORVM,
PRAENOBILI SSIMORVM AC MAXVME VENERANDORVM
VESTRVM NOMINVM

obsequentiissimo obseruantissimoque
Cultori.



§. I.
Pentatevchus, quem vocant, Ebraicus, quo nos hodie
vrimur, in multis alias fuerit, ac Samaritanorum Pen-
tatevchus, lectiones, quarum nonnullae nullius aut le-
vioris saltim momenti sunt, aliae vero omnino aliquod
momentum trahunt. Quas inter jure meritoque iam
dudum refertus est locus Deut. XXVII, 4. vbi codex Ebraicus exhibet
montem *Ebal*, in quo altare fuerit erigendum, Samaritanus vero pro-
ducit montem *Garizim*, cui altare idem fuerit superstruendum.

§. II. Haec ipsa lectionis varietas viris doctis occasionem pra-
ebuit sat amplam inquirendi, vtra lectio alteri praeferriri mereatur? Ple-
rique fecerunt cum lectione hodierna, in Codice Ebraico reperiunda,
rejecta, quam proponit Samaritanus, quam nimisrum spuriam, et siue
per errorem siue per περιτίχην, sequiori aetate substitutam, habuerunt.
Interim fuerunt etiam, qui pro Samaritici codicis lectione pugnarunt,
rati, Iudeos aliquo post captiuitatem Babyloniam tempore voci *Garizim*
nomen *Ebal* subdolos in Samaritanorum substituisse odium, quum
inde ab ultima antiquitate vox *Garizim* extiterit, ab ipso Mose profecta.
Omnes hue isti sunt referendi, qui Samaritanorum litterarum formas
antiquitate omnibus superiores esse ducunt, quibus et ipsum Mosen
vsum fuisse perhibent in consignandis illis quinque voluminibus, opini-
ati, quae in nostris vnu veniunt codicibus, non nisi Chaldaicas esse,
ab Esra demum soluta captiuitate sanctitas. Adnumerandi his sunt *Iob.*
Morinus in *Exercitatt. eccles. ad Pentat. Samarit.* *Ed. Bernardus*, ut
videre est ex subiecta *Iosephi A. I. L. 4. c. 8. p. 251.* (1.) nota.

A

Iac.

II VINDICIAE LOCI DEVT. XXVII, 4.

Iac. Bassnage in *histoire des Juifs* L. 2. c. 3. Guil. Whiston in *tentamine restaurandi textum hebr. proposit. 6.* p. 168 sqq. et, qui nuperime his accessit, celeberrimus omnino Kennicottus in diss. 2. *super ratione textus hebraici V. T. c. 1.* p. 17 sqq.

§. III. Dignum censemus vñteriori discussione hoc argumentum, vt pateat, nostrorum codicum lectio, vtrum retinenda sit, an vero deserenda. Ac Kennicottus quem recentissimus Samaritanorum Pentatevchi exiterit martius defensor, isque, quam potuit, omnem posuerit operam, vt Masorethicam, prout vocat, lectionem falsam, Samaritanam vero genuinam esse euincat; agedum! periculum facturi, quid juveniles, pertenes equidem, humeri valeant aut ferre recusent, examinemus modeste, libere et, quantum fieri queat, solide, quae in medium protulit Vir Celeb. vtrum vim habeant ad fortiter persuadendum, an minus? Est vero illustr. Kennicottus in eo, vt 1) offendere conetur, a se dissentientes omne supra dubitationis periculum nondum posuisse, Samaritanos deprauasse textum; esse vero 2) e contrario admodum probabile, Iudeos portius vitiaffe textum. Nos scopo nostro conuenientius acturos esse speramus, si inuerso incedamus ordine, cuiucturi,

I. Nondum probabile effecisse Kennicotum, Iudeos textus huius vitiales esse nominandos.

II. Argumenta potius suppetere, quorum beneficio certitudine saltem, quam vocant, morali queat confirmari, Samaritanos, non vero Iudeos, textus Mosaici corruptores esse.

SECTIO I.

Eiucturi, celeberrimum virum non probabile reddidisse, quod Iudei textum Mosaicum vitauerint, lectores nostros monemus in antecessum, ipsum duo argumentorum genera pro sua sententia attulisse. Etenim 1) omnem lapidem mouet, vt corruptionis culpam a Samaritanis arceat, deinde vero 2) eamdem in solos Iudeos transferat. Quae cum ita sint, lustrabimus ante omnia 3) quomodo es se habeant, quae pro Samaritanorum innocentia proposuit. Hic vero

§. IV. Primo loco (p. 30.) illud collocat, quod Garizim ex utriusque partis confessione fuerit mons benedictionum, i. e. mons, ex eius eacumine vel ad eius latus variae fausta precandi formulae proclama-

tae

iae fuerint. Deut. XI, 29. XXVII, 12. 13. Iam vero minime, putas, aliquem sibi persuasurum, fore, illos qui sacrificia, quae appellarent, pacifica offerrent (cui nimis religioni semper quedam diuinae benevolentiae adhaerebat notio) ex Numinis mandato id facere debuisse in monte Ebal, quem certum est fuisse locum solennioribus maledictionibus annunciantis destinatum; rectius ergo pro Ebae legendum esse Garizim. Obiter monemus, Virum Ven. insistere tum hic, tum in plurimis sequentibus argumentatis, Barnagii et Whistoni vestigiis. Interim videbimus, quid roboris insit huic argumentationi. Argumentatur itaque Vir doctiss. pro γνωστην vocis Garizim ex eo, quod conuenientius fuerit in eo altare, ad praefixa sacrificia pacifica exigere, quam in monte Ebal. Ego quidem non intelligo, quid hoc ipsum ad adjudicandam veram lectionem faciat, quum in negotio ejusmodi rituali et brevissimi temporis omnia ad merum Dei redeant arbitrium; non vero ad id, quod nobis forte conuenientius videtur. Interim si vel maxime ex conuenientia sacrificiorum cum opportunitate loci ad veram nostri textus lectionem argumentandum fuerit; tum tamen causa non cedo, Meminisse etenim oportebat Vir. Ven. in erecto altari non solum pacifica, sed etiam, et quidem ante omnia, holocanistica sacrificia fuisse offerenda, quae vero cum monte Ebal, maledictionibus pronunciandis dicator, optime conueniebant Lev. I, 3. 4. Reciranda itaque super hoc monte erant maledictiones, quibus, qui legis migrauerant sancta, deficiendi erant; quas ut Israelitae, saepius promeriti, eo feliciori modo auerruncarent, sacrificii sui expiationem quaerere debebant, qua obtenta, demum ad offerenda eucharistica progredi erant iussi. Si vero Vir doctiss. statuere velit, naturae rei magis conuenire, ut altare sacrificii, nec non inscriptioni legis, sacram, benedictionum magis, quam maledictionum monti inaditicatum sit; tum, fateor, me maiorem illum consensum non perspicere. Num enim benedictiones ita propriae sunt legis affectiones, vt, ybi illae recitantur, altare quoque, si erigendum fuerit, rectius erigatur, quam alibi? Nonne maledictiones aequae ad legem pertinent, ac benedictiones; et nonne conuenientissimum est, vt, vbi dirae sunt pronuntiandae, etiam leges exhibeantur, quarum neglectu illas contraxeris? Verum haec cuncta tum demum valent, si cum Celeb. K. supponatur, altare SUPER monte Ebal

erectum fuisse; concidunt autem prorsus, et tunc ne vimbra quidem probationis superest, si aliam, quam tum verba tum res ipsa flagitant, interpretationem adsumseris. Nego enim, altare constitutum fuisse *in ipso monte*, adfirmo potius extructum illud fuisse *prope montem*, *apud montem Ebal*, in loco declinatore, seu valle inter *Garizim* et *Ebal* interjecta, ita tamen, ut propins esset huic, quam illi, cui quippe propior erat arca foederis, quae et ipsa non in monte, sed ad montem, inter vtrumque montem, collocata erat. Nemini enim obscurum esse poterit, inter montes *Garizim* et *Ebal* interjectam fuisse vallem, sat amplam, cui ipsa vrbis *Sichem* imminiebat. In hujus igitur vallis parte, magis versus montem *Ebal* vergente, erectum fuit altare, forte ex illis ipsis lapidibus, quibus verba legis inscripta erant. Hanc interpretationem verba *Molis Deut. 27, 4*. probe patiuntur, siquidem *διαφέροντα* infinites notionem vicinitatis haber, et *από* significat. Vide modo *Iudic. 16, 4*. *2 Sam. 17, 8*. *1 Reg. 8, 4*. *Ez. 10, 15*. *2 Par. 24, 8*. Cui responderet τὸ Graecum εν, quod pari saepe subiectum est potestati cf. e. g. *Luc. 13, 14*. *μετεγγόν* εν, i. e. juxta Σικώνη, et alibi. Ceterum paullo inferius plura trademus, quibus nostra explicatio muniri potest.

§. V. Secundo loco calculos sequentem in modum subducit K. Samaritani, ait, templum in aliquo montium ad se pertinentium, eorumque diuinatus olim solenitioribus destinatorum ritibus, erecturi, haud dubie eum praetulisse censendi sunt, in quo Deo secundum mandatum ihsus disertum saera fecisse maiores suos nouerunt. Cum itaque *Garizim* elegerint, magna veri specie concludatur, antiquissimis etiam temporibus non *Ebal*, sed *Garizim*, montem fuisse cultui religioso consecratum. (p. 32. 33.) Sed 1) hoc non sequitur. Ponamus enim, altare reuera in monte *Ebal* existisse, atque adeo Samaritanis deliberandum fuisse, vtrum montem, benedictionibus recitatis celebrem, an vero alterum maledictionibus enuntiatis terribilem, et altari instructum, eligere vellent: tum nullus dubito, quin illum, non hunc, praetulerint, partim quod ex eo singularis fauoris divini signa fuerint edita, quae et ipsimet sibi promittebant, sperantes, fore, ut nouo altari, a se aedificando, Deus non minus faturus sit; partim quod mons *Garizim* fertilitate, amoenitate, fontibus, altitudine et amplitudine p[ro]ae altero maxime excelle-

ret,

ret, qui, vrpote solis radiis expositus, plane aridus factus erat et sterilis. Pater iam, Virum celeb. non valide conclusisse. Si vero 2) nobiscum adsumitur, altare, a Deo mandatum, neutrum horum montium sibi vindicare potuisse: tum omnis argumentandi ratio prorsus perit; siquidem pro neutrō montium illorum ex altaris in illo existentia pugnari potest.

§. VI. *Tertio* (p. 33-35) nouum robur suae sententiae accedere existimat ex naturali vtriusque montis indeole, eius modo feimus mentionem. Cum enim Ebal locus desertus omnique decore plane desitutus sit, mirum videri putat, quod altare ibi erectum, sacrificia ibidem oblata, populisque in eo epulari et luetari jussis sit, quod longe relictus in monte Garizim fieri potuisset. At enim vero 1) si Israelite saepius in horrido Arabiac deserto epulati, et in omnia lactitiarum genera effusi; et praeterea ad montem Sinai, incultum omnino locum, jussu Dei altare constitutum, inque eo sacrificia holocaustica et salutaria oblata, atque deinde epulae sacrificiales habitae fuerint, Exod. 24, 4. 5. 11. tum non video, quid obster, quo minus solemniora eadem gaudia, iidem festiu ritus, in monte Ebal agitari potuerint. Interim 2) hoc nouum robur iterum plane euanscitur, si in hoc monte nullum altare extitisse adserueris.

§. VII. *Quarto* prouocat (p. 39. sq.) ad Iothamum, qui Iude. IX orationem ex monte Garizim ad Sichemitas habuit, vbi sibi persuadet Vir. Doct. Iothamum haud dubie declamaturum fuisse in eo monte, quo lex conscripta atque aere erectum ante 240 annos fuerat, quare maius suae admonitioni pondus fuisse additurus. Dum igitur ex Garizim verba fecerit, facile credendum, hunc ipsum altari et legescripta insignem fuisse: immo ad verum quam proxime accedere Viro illi videatur, hunc montem olim religionis publicae causa a Sichemitis esse frequentatum. Sed 1) argumentum hocce nobis plane nullum videatur: Iothamo etenim mentis consilia adfingit, de quibus ne γε quidem in textu legitur. Montem Garizim descendit Iothamus, tum quod propior esset Sichemitis, ita ut ex ipso verba fundens percipi facilius potuerit; tum quod altior, indeque orator magis extra telorum jaustum positus esset; tum quod urbem Beer, in quam, vrpote montibus et rupibus circum circa circumdatam, finita oratione sese recipiebat, in proxima

haberet vicinia; tum denique fortassis eam quoque ob causam, quod locum, cui Deus fuisse videbatur, asylum declarauerint Sichemi incolae. Hisce rationibus permotus se contulit *Iothamus* in *Garizim*. Ceterum 2) nisi me textus aperte diceret, et commemoratae negotii *peccatoris* id ipsum flagitarent, *Iothamum* declamasce ex *Garizim*, quaestus, vbi putarem, ipsum orationem suam *peccatum* habuisse; tum fine ambagibus responderem, in monte *Ebal*, ex quo olim maledictiones vibratae sunt. Fallerer tamen oppido, unde adparet, ea, quae nobis aliquando conuenientiora videntur, non statim ex aliorum, multo minus Dei, iudicio talia esse: quod, quo tendat, facile ex superioribus claret. Denique 3) quum Vir doctiss. adserit, montem *Garizim* olim à Sichemitis religionis publicae causa esse frequentatum; tum moneo, id saltim de illius acratis hominibus non valere, qui nimirum aedem *Baal-Berithi* v. 4. non in *GARIZIM*, sed forte in ipsa vrbe Sichem, extinxerant.

§. VIII. Cum in eo est *Vir Celeb.* vt ostendat, montem *Garizim* à Sichemitis religionis publicae causa ab antiquissimis inde temporibus esse visitatum, deuenit quoque (p. 36 sq.) ad Samaritanorum placitum, quo dicunt, *Abrahamum* sacrificium ibidem super altari a se exstruēto obtulisse; et quia existimat, hanc traditionem suum argumentum egregie adiunare, hinc eamdem ex *Genes.* XII, 6. sq. probare instituit, ratus, *Abrahamum* primam suam mansionem in monte *Garizim* habuisse, et haud dubie in eodem altare exstruxisse. At enim 1) hic lego quidem, *Abrahamum* profectum esse usque ad tractum urbis Sichem, in planitem, vel potius, queretur More, ibique, diuina adparitions et promissione maestiarum, altare aedificasse; sed de monte *Garizim* nihil lego. Immo vero 2) textus prorsus loquitur contrarium; is enim perspicue nos docet, *Abrahamum*, Charris relictis, si generalius loquendum fuerit, peruenisse ad tractum *Sichemiticum*, in primis autem se contulisse usque ad queretur More v. 6. ibidemque, scilicet in querero More, aedificasse altare. Iam mappas Geographicas, quae Palæstinam delineant, insipienti patebit, queretur More non solum a Sichem vrbe distans, verum etiam a monte *Garizim* longius remotum, proprius autem monti *Ebal* fuisse. Quae cum ita sint, tantum abest, vt *Garizim* sibi vindicare possit altare Abrahami, vt potius magis ad *Eba-*

lex

lem' pertinere dici queat. Arque nunc intelligitur etiam, qui sacris his peractis, Bethelem, cui non minus mons Ebal propior erat, proficisci potuerit. Nec prorsus inuenistam censem b. Klauſingii coniecturam in diff. de Iuce More §. XI. quae nostro negotio commode inservit, qua statuitur, Elon More, queretur Doctoris, Abrahami putra, ibi cultui diuino vacantis populumque docentis, significare. Vocem enim **מורה doctorem** denotare, neminem latet; et queretur illud a nouo doctore, nouo ritu litante, vnumque Iehouam Deum profitente, nomen trahere potuisse, nemini minus credibile videri potest. Adde illustrationis et confirmationis causa Genes. 13, 3. 4. Obiter moneo, Ven. Kennicotum, sicut vtriusque montis describentem, locum Deut. XI, 30. haud probe transtulisse; nonne jacent (illi montes) *trans Jordanem PROPE PLANITIEM MORE*. Sequitur hic Vir. Ven. pentateuchum Samaritanum, qui textui verba **מִזְרָח שָׁכֶן**, e regione Siche-mi, vitiosissime qdsuit. Iam dudum obseruatum est à Ioh. Clerico, verba posteriora מַלְאָכֵל אַלְוֹן non pertinere ad remotiora huius v. 30. vbi montium describitur sius; sed ad proxime antecedentia potius esse referenda, ita **בָּאָרֶץ חַבְנָעָב וַיַּשְׁבַּב בְּעַרְבָּה**, ut omnino vteriori inserviant designationi Cananaeorum, de quibus loquitur textus. Omne igitur comma concinne ira περιφερεῖ: hi autem montes sunt ad occasum Jordanis in agro eorum Cananaeorum, qui planitiem tenent, ad Gilgalem usque porrectam, non procul a More queretur. Quod nisi admittatur, vel concedendum erit in Eusebii et Hieronymi errorem, qui montibus his longe alium situm attribuerunt, ac ipsi Samaritae; vel plura loca nomine Gilgal antiquitus venisse, cum quibusdam ex mera coniectura communisendum erit. Hoc videripotest, si habet, in Relandi Dissert. misel. P. I. Diff. 3. de monte Garizim Pag. 130.

§. IX. Hucusque satis ostendisse mihi videor, V. K. ex *Abrahami*, quod attulit, exemplo nihil probasse, et si ei magnam vim inesse ad firmandam suam sententiam, quod miror, sibi persuasum habeat. Sed si vel maxime largiri vellent *Viro Celeb. Abrahamum vere*, vel in ipso monte, vel ad radicem illius, super erto a se altari sacrificio Deum veneratum esse: quid, quaeſo, lucri ad ipsum redibit? Numquid justa sequitur conſecutione; *Abrahamus ante quadringentos annos*

nos hunc montem ad sacra in eo vel ad eum peragenda elegit; Ergo Deus jussit, ut Israelitae, Canaanem ingressi, itidem altare aliquod super eodem erigerent, vt hi in plane dissimili instituto jam versarentur?

§. X. *Quintum argumentum pro Samaritanis aduersus Iudeos depromit (p. 38 sq.) ab ingenio et indole eorum, demonstraturus, hos falsarios, illorū vero bonos viros siveque probatissimos esse existimandos. Hic scribendi finem non inuenirem, omnia, quae dici poterant, si in medium proferre vellem. Sufficerit itaque mihi retorquendo potissimum respondisse: ex quo haud difficile erit intellectu, minime probabilitate disputasse celeb, dissentientem. Narrat igitur ex op. Huntingtoni ad Ludofsum 1) VNVM e Sichemitis Msc, quoddam exemplum legis in collo suspensum habuisse, et tamquam rem valde caram in finu souisse. Sed legat V. V. de scribarum Pharisaicorumque cohorte Matth. 23, 5. quomodo dilatauerint Φυλακτηρια sua, et ampliauerint fimbrias vestimentorum suorum, vt se numquam non legis diuinæ memores esse significarent. Commemorat porro 2) Sozomenum Samaritanos adpellare τα Μωσεως νομος τα μαλισκηνωτας, et Maimonidem de iis dicere, didicisse eos, abolita idolatria, legem, et intellexisse eam iuxta sensum litteralem, et praecepta, quae obseruabant, obseruasse απειθεστως, omnique animi contentione; Obadiam porro de Bartenora de iis adfirmare, ipsos obseruare legem scriptam, et omne praeceptum, quod tenuerunt, longe diligentius obseruare quam ipsi Israelitae: et denique Hottingerum dicere, Samaritanos ipsorum Iudeorum testimonio legis cultores esse rigidissimos. At audiatur et altera pars! audiamus, quae, nunc etiam Paulum, qui Roem. IX, 31. Israelem, cumque carnalem, tum temporis in statu obdurationis positum, vocat διωκοντα τον νομον διαισθεντας, qui tamen ad iustitiae legem non peruerterit. Et quare, quae, nunc quod corruperint legem? minime; sed v. 32., quia iustitiam obtinere satagebant ως εξ εγρων νομος. Hinc Cap. X, 12. Iudacis perhibet testimonium eos ζηλω propter Deum flagrare, quamuis ille non sit oculatus, cumque v. 3. eo ipso eos prodere adfirmat, quod iustitiam operibus legi conuenientibus consequi conarentur, de iustitia, quae Deo solummodo probatur, minus solliciti; quamuis tamen Scrutator sit νομος τελος v. 4. Addamus Act. 22, 1. ubi Paulus se institutum esse adserit secundum απειθεστα τα πατρων νομος, et Pharisaicorum adhuc familiam sequen-*

sequentem extitisse τοις θεοῖς ζηλωτῶν; quibus dicitis, ad omnem illico coerum conuersus, subjungit, *quemadmodum* vos omnes hodie estis. Ita etiam Iacobus C. 21, 20. 21. de multis Iudeorum, ad Messiam conuersorum, myriadibus profiteretur, *iplos esse ad unum omnes τοις νομοῖς ζηλωτας*, (quod procul dubio ex Iudaismo retinuerant) *ipsoisque aegro ferre*, quod de Paulo sibi renunciatum sit, *eum defectionem Iudeorū*, inter gentes dispersos, *docere a Moysi*, seu lege mosaica, dum et circumcisione, et reliquis oriundis ex Moysi *ονοματικαί ritibus obseruandis*, eos prohiberet. Quid, quod? Seruator Iudacis numquam exprobarat, quod legis literam non fecerantur, ejusque tenaces non essent φυλακες; sed potius, quod eam ratione prorsus insufficiente explicarent Matth. V, 21 sqq. μη περισσευσας εἰπων δικαιουντας, et clauem ad eam rite intelligendam sustulissent Matth. 23, 13. Luc. 11, 52, ipsamque haud legitime exprimerent moribus Matth. 15, 3 sqq. Hinc etiam suis injungit Matth. 23, 2. 3. ut, quaecunque οἱ γερμανοὶ καὶ φραγκοὶ, επὶ Μωϋεως καθεδέξας καθίζοντες, ex lege obseruanda proponerent, adequare ferarent, opera tamen eorum non imitarentur, ipsi siquidem traderent legis sancta, relinquenter autem eadem intacta. Nihil luculentius pro Iudacis, litteram legis jaētantibus, dici potest iis, quae Roem. 2, 17. 18-20. leguntur. Hic apostolus Iudeos sicut adgnoscentes in lege; gloriantes se esse Dei, noscentes Dei voluntatem, institutos in lege, explorantes varias circa eam quæstiones, iactantes, se esse cœcorum duces, lumina mundi, stultorum coercitores, doctores rudium, cognitionis et veritatis, seu verae cognitionis in lege, præse ferentes formam. Enimvero numquid forte negat Paulus, ipsois leges manu diurna nocturnaque versare, indeque, si litteram species, veram legis cognitionem sibi comparasse, eo usque, ut alios legem docere posserint, eosque legis, in qua acquisiebant, aestimatores existere? minime: addit potius v. 21. *doceas quidem alios, at te ipsum non doceas*, agis, ac si Dei præcepta non ad te, sed ad alios pertinerent. Quæ cum ita sint, haud video, qui *Vir doctis post laudes de Samaritanis longa serie recensitas inferre potuerit, etiam ex hac parte minus probabile esse*, Samaritanos voluisse legem Moysis vivare, *quia magna ejus duæ fuerint reverentia*. Ad eundem sane modum minus, *imo* minime omnium, probabile est, Iudeos legi Mosis violenteras

lentas voluisse inferre manus, quia magna ipsius tenebantur obseruantia.

§. XI. Haecenius dictis illud quam maxime accedit, quod, quae de pietate Samaritanorum erga legem promit V. V. testimonia, recentiorem aetatem respiciant, et nequaquam de illa valere queant, qua vel Samaritanorum pentatevchus confessus, vel Hierosolymitanum templum restauratum, vel templum Garizitanum aedificatum fuit. Tunc enim temporis plane aliis moribus se imbutos esse ostenderunt, quam quidem vel tempore Seruatoris, vel etiam recentissime, ad mendicatatem usque redacti, vbi sunt. Vnde a praesenti instituto prorsus aberrant, prouti V. V. ipse (p. 44.) fatetur, quae longa satis excursione (a p. 40-44) de fide Samaritanorum in Messiam, de generosa mente Samaritarie in parabola, et de grato animo a lepra curati, in Christum exhibito, commemorat; ubi tamen Vir III. studiose ea dissimulasse videtur, quae Lucae 9, 51 sqq. de Samaritanis quibusdam traduntur. Vix igitur sine admiratione legimus, quae his tam intempestiue adlati p. 44. superstruxit Vir Celeb. Quodsi itaque, sic ait, *bonitus animus Samaritanorum, eorumque summa religio legis Mosaicæ, cogunt, ut credamus, minus esse probabile, eos hanc voluntariam corruptionem fecisse*, etc. Quam bella ratiocinatio! Samaritarie quidam recentioris aevi, atque nonnulli aetate Messiae, in terris versati, viuientes honestum animum, summaque legis Mosaicæ prodiderunt religionem; Ergo cogimur, ut credamus, minus probabile esse illis quoque Samaritanos, qui templi Garizimæ extructi tempore, et paulo post, adeoque ante aliquot centenos annos, existiterunt, et si ipsorum ere fuderit, ut suo templo omnem, quamecumque poterant, conciliarent auctoritatem, voluntariam ejusmodi suscepisse depravationem? Hoc perinde esset, ac si quis argumentaretur: hodierni Angliae, Germaniae, etc. incolae ex parte sanctiorem Christi doctrinam toto animo sequuntur; ergo minime videtur probabile, ultimos ipsorum majores nullo prorsus tempore gentilium superstitionisuisse addiccos.

§. XII. Ut haec paradoxa ratiocinandi ratio eo magis innoteatur, age! breuiter contemplemur, quales Samaritarie fuerint antiquioribus illis temporibus, quae propius ad praesens negotium spectant, quam honestum animum gescerint, quam miram legis Mosaicæ religionem prodi-

prodiderint. Discimus itaque ex 2 Reg. 17, 25 sqq. nouos colonos regni quondam Israelitici Deum initio non veneratos, tandem, ne omnes perirent, a sacerdote quodam, haud dubie Aharonitico, legem Mosaicam edoces fuisse. Tantum vero absuit, ut praeceunte lego mosaica solum Iehouam debito cultu prosequunt fuerint, ut potius turpissimi, quem amar, syncretismi rei cum Sunni numinis cultu suorum deastrorum conjunxerint venerationem. Atque in hoc luto primi non solum haeserunt habitatores; sed etiam v. 41. ipsorum filii et nepotes, usque ad Iudeorum migrationem in Babyloniam capiuitarem. Interim pedentim factum est, ut idolorum cultui innuncium nitterent, Iehouae religioni vnic vacantes. Quo autem praeceise tempore id contigerit, quaque occasione, dicere non habeo. Illud liquere puto, quod post Iudeorum redditum, et praesertim cum Manasses sacerdos, Sanballati gener, se se adjunxisset, idolorum esse desierint cultores. Gloriantur ea ipsa de re Efrae 4, 2. vbi proceres Iudeorum permoturi, ut se in communionem extruendi et deinde frequentandi templi admitterent, inquit, perinde ut vos querimus Deum vestrum; neque inde a temporibus Efurhaddonis — nos sacrificantes sumus scil. diis aliis, vel, si Keri potius sequi volueris, eisque scil. Deo vestro nos sacrificantes sumus inde a temporibus etc. Et si posterius falsum sit per scriptoris sacri testimonium; prius tamen hanc difficulter concedo. At enim cum Samaritani repulsam tulissent a Iudeis, causis sat grauibus inductis, quomodo, queso te, se erga Iudeos gesserunt? Qui nimurum jam antea fuerant Iudeorum aduersarii Efrae 4, 1. illi, a templo Hieros. aedificando exclusi, quae modo excogitari poterant, impedimenta Iudeis objecabant v. 4. et v. 5 sqq. prius non quiescebant, quam profusis largitionibus, multisque sparlis columnis, apud Persarum regem efficerent, ut Iudei per tempus bene longum a templo desistere juberentur restaurando. Hiccine est honestus animus? haec sunt legis mosaicae religiose obseruatae indicia? Minus porro honeste, et legi mosaicae parum conuenienter Manasses, post illegitime initum cum extranea matrimonium, pontificis inter Samaritas officium et dignitatem sibi vindicauit, et templo Garizitano sui causa nouiter exstructo praefuit, quamvis ex sacris iudei gentis libris aliasque documentis bene nosset, Deum quam discretissime declarasse, Hierosol. templum sibi adprobari. Ne,

que cum honestate, a Viro Excell. tantopere laudata, conciliari commin-
de potest, quod sordidos quoquis, Iudeos, quibus legem propter vio-
latam suos inter viuere non integrum erat, tamquam dignissima sui
coetus membra reciperen. Denique nec id religiosam prodit apimum,
quod Manasse nisi auctore, sicut fuit, factum sit, ut Samaritae Va-
rates sic dictos priores et posteriores numquam pro diuinis habuerint,
eam maxime ob causam, quod vniuerso suo instituto aduersos esse per-
spicerent. Insecutis postea temporibus in religionis negotio fuerunt
vertumnii; unde, teste Iosepho L. 9. A. I. C. 14. §. 3. cum res Iudeis pro-
spere euenire viderent, eorum cognatos se se appellabant — — Cum vero
illis in aduersis versari consiperent, tunc se nihil ad eos pertinere dice-
bant, nec quidquam juris sibi cum illis intercedere, aut ex benevolentia
aut ex propria sanguinis consuetudine, sed iniquilinos esse ex alia gente
prae se ferebant. Eadem habet L. 11 Cap. 8. §. 6. Vrnum vero fidem
mereatur, quam tradit, eos Antiocho Epiphani, ne iisdem calamitati-
bus, quibus Iudei, adfligerentur, permisit, ut templum montis Garizim
Διος ἐλληνις, Iouis graecanici, nomen ferret, disquirant alii. Cel-
larius sicut in diff. de gentis Samaritanae historia et ceremoniis §. 22.
mitius de ipsis judicat. Iam videant lectors nostri, vrum ab ingenio
Samaritanorum adeo abhorreat, ut in corrupti codicis sacri ne suspi-
cionem quidem venire poruerint.

§. XIII. Pergo ad Sextum (p. 39 sqq.) quod Vir Ven. ex col-
loquio seruatoris cum muliere, Samaritanorum e gente oriunda, Ioh. IV.
colligit, in quo nihil deprehenderetur, unde vel leuis tantum enascatur
suspicio, Samaritanos criminis eiusmodi esse auctores, quamvis mulier
hanc ipsam quaestionem de loco cultus divini genuino, cuius causa Iudeos
inter et Samaritanos acriter decertabatur, mouerit. Tantum hic abesse
putat, ut monte Garizim praे Ebale dignitatem suam detraxerit Serua-
tor, ut ne quidem templum Hierosolymitanum templo Garizimaeo ullmodo
praetulerit. Ponamus, N) hacc omnia recte se habere; tum poterat
Vir Cel. ad suum argumentum respotionem facile ex ipso modo, quo
Christus sciscitanti satisfecit mulieri, repetere. Et enim I) vivit
probe nosset, ad summi numinis ductum Hierosolymorum aedem fuisse
exstructam I Par. 29. 11. sq. 19. earudemque vnicum esse locum, ad
quem Deus cultum Leuiticum voluerit adstricatum I Reg. 8, 10. sqq.
IX, 3.

IX, 3. XI, 13. XIV, 21. Paral 5-7. ideoque Luc. 2, 49. in templo sedens, se in iis, quae patris essent, versari prosteretur, et Matth. 21, 13. templum suam domum vocaret: non tamen, ut ipse semper *enarrans* agens, opportunum esse existimauit, cum imperita muliercula historiam pariter ac criticam quaestione tractare, quam si vel ab ouo incepisset, et ad minutissima usque excusisset, capere tamen non poterat; idque 2) in primis ideo, quia in eo erat, ut cum muliere doctrinas, non tantum utiliores, sed et plane necessarias, doctrinam scilicet de Messia, ipsiusque ad illum conversione, communicaret, indeque occasionem nancisceretur reliquis eriam sua gentis innotescendi. Cui 3) illud accedebat, quod tempus jam jam aduentaverat, quo Leuiticus Cultus, qui haec tenus obtinuerat, omnis abolendus, et omnis quaestio de loco cultus plane superuacanea haberi debebat. Quae cum ita sint, ex sapientissime omissa opinionum Samariticarum confutatione minime omnium sequitur, seruatores eas adprobasse, aut largitum esse, pentateuchum Samaritanum de loco cultus recte praecipere. Eamdem morem saepe Christus tenuit, sicuti discipuli, Iudaicis opinio nunculis de Messia ciusque regno imbuti, quaestiones vel omnino futilles, vel saltim magis curiosas quam ad utilitatem comparatas, ad solvendum proponerent. Neque eas omnes confurabat, neque earum longius examen semper instituebat, sed animos potius ad scitu magis necessaria reuocabat, caeteris diei et temporis relictis. Interim 3) minime concesserim, Christum nullo prorsus modo saltim subindicasse, si omnino quaestio de loco cultus agitanda esset, Iudeos utique veram, Samaritanos autem spuriam souere sententiam. Hoc sibi volunt verba v. 22. vbi Samaritanos salvator adorare ait, quod nesciebant, Iudeos vero adorare, quod sciebant, quia salus esset ex Iudeis. Quum enim ipsis generatim crassorem veri cultus ignorantiam, qua vero Iudei haud laborabant, virtio vertit; facile pater, ipsum quoque veri loci ignorationem, cultui diuino hucusque consecrati, eis reprobare. Idque eo certius adsumitur, quia non tam illa aetate in obiecto cultus, quam potius *in modo*, a veritate aberrabant. Idem pari ratione expositum deprehendimus in Relandi Diff. Misc. P. 2. Diff. 7. p. 62. Sed fac denique 3) Christum nulla prorsus ratione, ne obscurius quidem, Samaritanos reos accusasse criminis depravati textus: tum qua-

rere licet ex *Viro Doct.* num illum, vel minimum, indicium ex Seruaturis oratione colligi queat, ex quo intelligatur, ipsum Iudeos huins criminis insimulasse? Quibus ita explicatis, planum esse arbitror, hoc argumentum nihil prouersus esse, quo ad confirmandam suam sententiam vñus est *Illi. K.*

§. XIV. Satis haec dicta sint de primo argumentorum genere: pergimus ad secundum, vbi V. V. omnes ingenii neruos intendit, vt probet, omnem corruptionis culpam in Iudeis solis residero. Eum in finem et inde a p. 44-57. adserit, Iudeos haud raro maxime corruptionis textuum sacrorum reos factos esse; ex quo sponte sua fuerer, haud immerito eos in suspicionem adduci, quod et locum Deuteronomii deprauauerint. Ego haudquaquam diffiteor, hodiernos Iudeorum codices ita esse comparatos, vt aliquando erroneous lectiones exhibeant, quae vel ab *αβδεσίᾳ*, vel ab ignorantia scribarum, vel ex destinato consilio, proficiunt potuerunt. Habuerunt scripta variusque foederis haecce fata cum aliis libris communia, nisi mera miracula crepare, atque ipsorum oculorum testimonio aduersati volueris. Neque video, quid periculi ex eo ipso in religionis causam redunder, partim quod illae corruptiones salutis arcem haud attingant, partim quod plures eorum non in omniibus codicibus inueniantur, partim quod, si vel nonnulla menda in omnes codices, quos hodie habemus, irrepserint, occasio tamen non desit, ea antiquiorum versionum beneficio, regulisque, quas criticas et hermeneticas vocant, ducibus tollendi; cui labori perficiendo ipse *Vir Ven.* quam praeclarissime infernit. At enim vero id quoque vicissim mihi dari velim, et saepius jam contigisse, et quotidie adhuc contingere, vt in corruptorum numero collocentur loca, quae maxime sana sunt. Ipse V. D. videtur mihi hic nimium fecisse. Ita enim mihi vix persuaderi patior, textum *Deut.* 27, 26. ad quem p. 45 sqq. primo prouocauit, corruptum esse, quamvis versio græca, textus samaritanus, Syrus, imo ipse *Paulus Galat.* 3, 10. et denique *Insitus Martyr*, cum paulo alter exhibuerint, atque exinde *Hieronymus* Iudeos voculas *omnis homo et in omnibus*, ne viderentur esse sub maledicto, si non possint omnia complere, quae scripta sunt, deleuisse incusauerit. *Whistonius* in conatu textum hebreum restituendi p. 101. et 309. eadem chorda oberrat, eumque, vt saepius, pressè sequitur *Kennicottus*, et quidem

quidem, quod mili videtur, sine ratione. Quis enim, veterum versionum gnarus, nescit, earum auctores subinde hanc illamue vocem, quam res ipsa flagitar, majoris perspicuitatis causa addere? Quis vero ex ejusmodi additamentis textum factum emendare et completere ausit? Quae hic textus hebraicus indefinitre posuit, ejusmodi indefinitre positum viplurimum vniuersaliter valet, ea Samaritanus, LXX, atque ex hac versione Syrus, et deinde *Paulus*, qui LXX sequi solet, quoisque quoad sensum cum Scriptoribus sacris conspirant, nec non alii, vniuersaliter enunciarunt. Praetulit Christus ipse exemplum, qui *Math. 4, 10* vocem *προτότιτον* interposuit, et si illa in loco Deuteronomii non legatur. Deridendum se alii propinaret, qui ex hoc Christi additamento, negotio ipsi congruo, textus emendationem suscipere vellent. De cetero, quam *Hieronymus* allegavit, fraudis Iudaicae rationem ne dignam quidem existimo confutatione. Recius forsan V. C. hue retulit secundo (p. 48-55) *Ind. 18, 30*, vbi in codd. nostris *Ionathan*, Sacerdos simulacri Danitici, *silius Gerschomii, MANASSIS FILII*, vocatur, cum potius *in cielio*, quod hic suspensum comparer, legi debeat *Ιησοῦς, Μωϋσης*; siquidem hic, non vero *Manasse*, filio vsus est *Gerschoma*. Ita legendum postulant *versio Vulgata*, nec non *Hieronymus*, et nonnulla gracea exemplaria. Quamvis forte non plane de nihilo sint, quae pro recepta lectione dici possent; cuius etiam defensionem *Ioh. Clericus* ad l. c. in se suscepit: non tamen ei pertinaciter refragabor, qui loco *Manassis Moysi* nomen substituendum esse iudicauerit, vt ut rationem illam, quam Iudaci quidam proferunt, explanaturi, quare *Mosis* nomen ex textu eliminatum sit, admodum elumbem esse arbitratur. At enim vero quid inde? multi siquidem iam dudum Rabbini hoc scribac, vel scribarum vitium, quod et nostri codices fecere suum, obseruarunt, quorum de mun *Hieronymus* pressit vestigia. Nonne ex eo intelligere est, vel inter ipsos Iudacos haud defuisse sinceros cordatosque viros, quinimmo artis criticæ peritos, eosque a fraude pallianda alienissimos, antecessorum viria haud dissimulantes? Nonne exinde simul consequitur, temere dici, omnes Iudacos vnamini consensu conspirasse in depravationem hujus vel illius loci biblici? Neque inter nostrates defuerunt viri erudi, quibus hoc vitium dudum fuit perspectum. Omnia in instar excito doctiss. *Anonymous*, qui in symb. literar. T. I. P. 2. p. 31, iam ante complices

plures annos hanc sententiam cum orbe crudito communicauit; cui jure adjungitur Vir Cel. Ioh. David Michaelis, loco ab ipso V.K. allegato.

§. XV. *Tertius*, quem (p. 55. §4.) praesupponit K. locus, contra Iudeos eo feliciori marte militaturus, est *Iosuae* XV, 60. vbi *Hieronymi* iterum sit a partibus, occasione loci *Michae* V, 2. undecim vrbium mentionem facientis, quae in LXX quidem versione superius citati *Iosuae* loci deprehenduntur, in textu tamen hebraicohaud commemoratae. Quas sicuti vere recensitas a *Iosua* affirmare videtur; ita opinatur, Iudeos odio christiana religionis incitatos, forte e textu hebraico omisisse, quia *Bethlehem* *Ephrata* in istarum vrbium numero collocetur, in tribu Iudee sita, natalis olim seruatoris Messiae locus. Breuitatis causa mitro ea, quae pro lectione hodierna ebraei codicis dici solent; per illa possunt ex *Carpzouii criticae* S.P. 3. p. 790 §4. Ego, quid eam dissitare? magis propendeo in eorum partes, qui statuunt, has vrbes olim in Misis ebr. designatas fuisse, ex quibus eas haue- runt LXX. Primo enim vix concipi potest, *Iosuam*, vrbes tribus Iudee enumerantem, tot omisurum fuisse vrbes, quae omnino ad illam tribum pertinebant, interque eas *Bethlehemum*, suo tempore quam maxime nobilitandum. Deinde vero suppetias fert locus 2 Par. 11, 6. qui nonnullas earum vrbium commemorat, quarum LXX faciunt mentionem. Interim quidquid horum sit, de quibus in viramque partem disputari posse video: nego tamen et pernego, has vrbes omis- sis esse a sequioris aetatis scribis ex malitia, ne *Bethlehemum* commemo- rare necessum haberent, quod oppidum Christiani Messiae patriam esse profiterentur. Optime hic *Clericus*, non video, inquit, *c. or a Iudeis propterea erat effent, cum sit alias in V. T. sat frequens mentio Bethle- hemi; Davidis patriae*. Sic est omnino. Quodsi hanc mentem fous- sent Iudaci; tuin sane non hic solum, sed etiam in aliis locis Ἰερουσαλήμ, delere debebant *Bethlehemum*, vbi vel cum addiramento *Ephra- tae* vel *vrbis Iudee* legitur. e. c. Gen. XLVIII, 7. Iud. XVII, 7. Ruth. I, 2. I Sam. XVII, 12. Mich. V, 1. quorum tamen neutrum factum animad- vertimus. Quinimmo si christianorum odio codici sacro violentas manus inferre voluerunt: cur non multa plura vitiarunt, delerunt, omiserunt, loca, ad quorum ductum inde ab omni retro tempore fortissime aduersus ipsos disputatum est? Quae omnia omnino manifesta mihi

mihi videntur indicia, eos has vrbes, si vere omiserint, neutiquam data opera omisisse. Et, quaeſo te, ſi *Bethlehemum*, oppidum, quod etiam *Ephrata* vocatur, ferre non potuſſent: quidni *Bethlehemum* ſolum omiferunt, vi eo felicius lateret ipſorum malitia, reliquias X vrribus manentibus illaſis? Accedit, quod in *Talmude* fateantur ingenui, *Bethlehemum* *Messiac* eſſe patriam, ipſos etiā haud fügeret, Christianos pro charaſtere *Messiac*, in Iefu conſpicuo, venditare, quod *Bethleheni* natuſ esſet. Sed quid opus eſt verbis, cum *Relandus in Palaest.* Lib. 3. p. 643 ſq. omnem admissae malitiaſe fuſpicione egrege profligauerit, et *Clericus* praeterea modum explicuerit, quo feribae ex mero αὐθεντικα peccare potuerint. Illud autem prorsus improbable eſſe arbitror, quod, ut putat, V. D. haec omiſſio primitus oſcitantiae deſcriptioris, eius vero perpetuitas Iudaeorum odio in christianos adſcribenda ſit; quum ex Iudaicorum librorum confeſſione aliud elueat, ipſique *Michae* locum, facile hac in re principem, per eunela ſecula integrum reliquerint.

§. XVI. Finit hanc tractationem p. 57. Vir Cel. memorato *Pridofii* conſenſu, qui quippe expreſſe Iudeos corruptionis in graeca verſione ad *Eſa* 19, 18. studio faſtas acuſaret. Cum enim in Ebraico יְרֵשׁ עַמּוֹת וְעַמּוֹת עַמּוֹת vrbs deſtructionis legatur, *Pridofius in connexione ſu* P. 2. p. m. 329 exiſtimat, LXX ex mero turpique fauore erga templum Oniae, exhibuiſſe πόλις Ασέδει κληθῆσται μα πόλις; quea verba verit, quaſi יְרֵשׁ עַמּוֹת legiſſent, vrbs iuſtitiae vocabitur una vrbs. Iam non vrgebo, quod, quea ad ſumimum de LXX verſione turpiter confeſta valerent, ad ipſum ebraicum textum miuime trahi queant; illud vero praeterire non poſſum, quod *Pridofius* prorsus infeliciter probauerit ex loco *Eſaiano*, Iudeos Alexandrinos textum corrupte traduxiſſe. Quis ſibi perſuaderi patierit, Ebraice doctiſſimos eos interpretes vocem דְּקָרָן, ſi eam in mente habuiſſent, tam iuſiſe scripturos fuſſe Ασέδει? Quidni, ſi vrbeſ, in qua Onias templum aedificauerat, a iuſtitia commendare voluerunt, vertiſſent potius πόλις δικαιοſυνῆς κληθῆσται μα πόλις? Ignorauit igitur doctiſſimus *Pridofius* veram hujus deſignationis rationem, quam vero, praeēunte *Ikenio* in diff. philol. theol. n. 16. de *Yir heres et altari lebouae in media Aegypto*, rectius proponam. Quod itaque attinet ad locum, quem *Eſaias* deſignauit, is

C

non

XVIII VINDICIAE LOCI DEVT. XXVII, 4.

non nisi כְּרָנָן שָׁוֵר i. e. Leontopolis, vrbis leonum, in qua leones superfluirose colebanrur, cumque in finem alebantur, vocatur: *Heres* enim arabice est leo, ab سُلْطَان contudit vehementius, ebr. destruxit, vehementer contudit, contundendo fregit, quod in leonem optime quadraat. Iam sunt quidem perplures, qui *Oniae* aedem Heliopoli quaerunt, quasi in ebr. חַלְבָּן, quae vox solem significat, legeretur: sed errant, sita quidem sicut in traetu Heliopolitan, speciatim vero ad vrbem Leontopolin, vel in ea ipsa. *Constans* enim Ebr. lectio *Heres* est, non *Cheres*; quacum egregie conuenit *Iosephus* A. I. L. 13. c. 3. §. 1. 2. 1. 12. c. 9. §. 7. l. 20. c. 10. et de B. I. L. 7. c. 10. §. 3. atque ipsa, de qua nunc sermo est, *versio alexandrina*, cuius auctores in ipsa Aegypto fuere. Et enim *Afed* seu *Afadon* Arabibus notat leonem, voci vero *Afed* adnexum est K. seu ئَفَد, quod Orientales ad vocum finem saepe adsumere solent. Immo Arabes ipsi habent *Ashdeg* vel *Afideg*. Videri etiam potest ad h. l. *Vitrina* in comment. in primis p. 582. cd. Basil.

§. XVII. Sed quorum haec omnia? In eo est Vir Cel. vt nunc lectoribus suis persuasum eat, credibile esse, quod Iudei, qui textum biblicum subinde, vel praeter intentionem, vel data opera depravauerunt, etiam *Mosis* verba *Deut. XXVII, 4.* substituta voce *Ebal* loco *Garizim* corruperint. At enim si vel liberaliter concederem, quosdam Iudeos in quibusdam Codd. vel per oscitantiam, vel etiam data opera, hic illuc textum sacrum deformasse: tum tamen valde miror, V. D. non animaduertisse, eodem telo feriri posse Samaritanos. Quodsi ergo de foliis Iudaeis certo constaret, ipsorum culpa nonnullos textus bibliicos corruptos esse, de Samaritanis vero nihil eiusmodi probari posset: tum, fateor, probabilissime disputaretur aduersus Iudeos. Quodsi autem Samaritani in codem, et multum profundiore, luto haereant: tum omnis argumentandi vis aduersus illos illico euaneat, sola possibilitate, quae tamen de vtraque parte valeret, remanente. Potuerunt ergo, si ad duum praemissarum concludere voluerimus, Iudei corruptionis auctores esse; sed potuerunt etiam Samaritani: quia ab vtraque parte non alienum fuit errores admittere. Ne vero de Samaritanis frustra hoc adseruisse videar, per quaedam exempla ire mihi liceat. Prouoco itaque ad *Exod. 12, 40.* ubi difficultatem sublaturus, quae ex numero annorum

annorum 430 habitationis Israelitarum in Aegypto oritur, glossemate
textum oneravit *Samaritanus*, ita cum vertens: et *habitatio filiorum
Israelis et patrum illorum, quam habitarunt in terra Canaan
et in terra Aegypti* etc. Recte quidem haec se habent, sensumque au-
toris sacri clariorem nobis exhibent; sed eo ipso patet, pro interpre-
tamento ea agnoscenda esse, cum nulla ratio adfulgeat, cur scribae
Iudaeorum, si in Mitis se prioribus deprehendissent, ea omisissent. Vi-
deri hic potest *Carpzouius* P. 3. c. 1. p. 817. sq. *Criticae S.* Idem obti-
net *Lev. 17, 4.* vbi Deus tauros agnos et capras ad ostium tabernaculi
conuenitus macstari jussit. Hic *Samaritanus* cauere voluit, ne id de
macstione brutorum ad usum vulgarem et priuatum intelligeretur.
Hinc addidit: *ad faciendum illud holocaustum aut pacificum Iehouae, ad
acceptationem vestri, in odorem adquiescentiae, et macstauerint foras, et
ad ostium tabernaculi conuentus non adduxerint.* Quae quamvis mentem au-
toris probe conueniant, glossema tamen redolent, quod in paraphrasi,
minime vero in textu authentico, locum inuenire poterit, qui co facilius
isto carebat, cum verba קָרְבָּן לְזַבְּחָה ad offerendum Iehouae oblationem,
praecepti mentem jam in clara luce confiruant. Denique arbitrariam
mutationem sapit, cum *Samaritanus* pro Ebraicis *Gen. 2, 2.* בָּיִם תְשִׁבֵּע שׂוֹר
absoluerat autem jam Deus DIE SEPTIMO, legi vult DIE SEXTO; vbi
præterea nodum in scirpo quaesivit, quasi minus recte diceretur, Deum
jam septimo die creationis opus absoluisse. Legi meretur ad h. l. *Iob. Cle-
ricus*, a textus mutationibus alioquin non alienus, et *Carpzouius Crit. S.*
P. 3. c. 1. p. 809-11. Sufficiant haec ad ostendendum, *Samaritanum*
haud raro glossas et valde arbitraria cum textu sacro conjunxit. Sed
laborauit etiam aliquando oscitaria e. c. *Num. 16, 15.* Moses adfir-
mat, *se ne afnum quidem unum Israelius abstulisse.* Ita vero non legit
Samaritanus, sed pro Ebraico אֲשֶׁר afno habet דָלֵת, Dalet pro אֲשֶׁר
adsumto, quasi Moses dixisset, se nullam rem desiderabilem, επιθυμητα
verterunt οἱ LXX, surripuisse. Quae lectio manifesto falsa est, quia
Ebraei, dicturi, se numquam alterius ramno locupletiores factos esse,
proverbii veluti modo dicere solent, *se ne afnum quidem alterius abstulisse;*
vti videre est ex loco tum quoad verba tum quoad res parallelo *1 Sam.
12, 3.* Ex αβλεψι etiam factum est, ut *Deut. 21, 17.* pro רְשִׁית אִוְם
quae est ystata primogeniti descriptio, *Samaritanus* iuxta quosdam codd.

scripsiterit רִשְׁתַּת שָׂרֵה initium iniquitatis ejus, quod nullum sensum fundit in hoc loco. Succedant his nonnulla exempla, ex quibus clarum est, Samaritanum data eriam opera loca interpolasse biblica. Sic fini v. 36. Cap. 36. *Genes.* historia somnii, quae extat c. 31, 11-13. subiicitur, praeter omnem rationem. Porro *Ex.* 7, 18. haec verba adsuuntur textui, ad narrationem quasi compleudam: et iuit Moses et Abaron ad Pharaonem et dixerunt ei. Deinde sequuntur, quae jam dicta sunt v. 16-18. Eadem formula additur Cap. 8, 4. cui jam v. 1-4 dicta subiunguntur. Eadem ratione v. 23. post praemissam confuetam formulam repetuntur, quae jam v. 20-22. adfuerunt. Idem obtinet C. 9, 5. vbi post praeclorium, aliquoties commenoratum, repetuntur jam v. 1-5. scripta. Cap. 18, 25. habes ingens additamentum ex *Deut.* 1, 9-14. hic translatum, sicuti c. 20, 19. plura comparent ex *Deut.* 5, 24-28. deponita. Post *Ex.* 26, 35. Samaritanus codex exhibet descriptionem altaris Thymiamatis ex c. 30, 1-11. quia scilicet hic eam rectius legi existimauit. Ita *Numer.* 10, 10. subjecta sunt, quae legitimus *Deut.* 1, 7. 8. quemadmodum post finem C. 13, 1. comparent verba *Deut.* 1, 20-22. Longe plura dari possent, si his diutius immorari liberet; interim, qui integrum messem desiderat, eam jam collectam inuenit in *Bibl. polyglottor. Londinens.* T. 6. tr. 4. et 5. Non possum tamen illam interpolationem silentio praeterire, quam admiserunt *Ex.* 20, 17. et *Deut.* 5, 21. vbi ex singulari hypothecos fine studio integrum textum *Deut.* 27, 3 — 7. lectoribus suis obtrudunt, eumque ita instruunt, ut montem Garizim, non Elal, commendare studeant. Bene est, quod ipse V. V. p. 160. fateatur, Pentateuchum Samaritanum saepius corruptum atque ex Ebraico emendandum esse. Vnde per se patet, quod adlatum argumentum nullius sit ponderis.

§. XVIII. b) Nouum argumentum V. V. suppeditat (p. 58 sqq.) odium plus quam vatinianum, quo Iudaci prosecuti fuerint Samaritanos, ex quo probare conatur, Iudeos facili negotio existimari posse depravationis hujus auctores. Ipse tamen haud multum fidere videtur eidem; quia historiae comprobant, parem utramque inter partem vi-guisse hostilem inimicitiam. Quodsi ergo odium causa corrupti textus esse potuerit: tum utraque pars in suspicionem incurrit. Interim eti mihi, quas aluerunt, inimicidiae minime adprobentur, istud tamen certum

tum exploratumque est, eorum originem non solum a Samaritanis rependam esse, sed Iudeos etiam rationes sat graues habuisse, a confortio arctiori cum Samaritanis fouendo abstinendi. Quod enim a decem tribus separatum sibi regnum constituerent, cultum vitulinum erigerent. Hierosolymam sacerorum causa profecturos conuiriis pariter atque vi armata retinerent, bella subinde atrocissima aduersus Iudeos gererent, et, in auxiliis vocatis gentibus, de delendo toto regno Iudaico cogitarent; id sane non poterat non animos Iudeorum ab Israe- litis, quorum regia enim tempore erat Samaria, quam alienissimos reddere. b) Deportari a Salmanassare X tribubus, noui coloni extremissimis regionibus adducti cum paucis Israelitis, in terris suis reliatis, commixti sunt, ita ut temporis successu unam gentem constituerent. Quum vero illi suos Deaslos, hi verum Numen venerarentur, mixta quoque religio ibidem locorum obtinebat. Ex quo non poterat non consequi, ut Iudeis suam legem sequentibus detestabiles fierent. c) Reversis ex captiuitate Babylonica Iudeis, vnum quidem verum Deum professi sunt, atque ad praefteritum Pentateuchi Mosaic sacra sua externe composuerunt; sed respuebant tamen reliquos libros, quos Iudei tamquam diuinis inspiratos agnoscabant. Quod denuo ipsis obstat, quo minus eos pro gentiis Dei cultoribus haberent, atque in intinorem amicitiam admitterent. d) Capiebat illa animorum disjunctio majora inercementa, cum variis calumniis et stratagematibus tandem effecissent, ut Iudei et ab urbe exstruenda, et a templo restau- rando, prohiberentur. Quam maxime vero e) Iudei offendebantur, vbi templum Garizitanum exstruxerant, sibique pontificem maximum creauerant, et quoscumque Iudeis exosos in communionem suam reeperant. Plura qui cupit, adeat Dav. Milli diff. tres, de causis odii Iudeos inter et Samaritanos, et Ioh. Chrift. Scholium de implacabili Iudeorum pariter aequae ac Christianorum in Samaritas odio.

§. XIX. Quae cum ita sint, mirari subit, qui V. V. (p. 59.) Iudeos magis implacabilis erga Samaritanos odii causa incusare potuerit, quam Samaritanos aduersus Iudeos. Male in primis ipsum, habet, quod Zorobabel, Iosua et reliqua familiarum capita (Ezdræ 4, 1 fqq.) Samaritanos, quamvis sibi pie et modeste expetivissent, ut cum Iudeis possent templum aedificare, quia Deum ipsorum quaererent, eique sacra ficerent

a temporibus Asar-Haddoni, qui ipsos hanc in terram migrare jussisset, nibilominus inclementer rejecerint. At enim vero, si ei libertati naturali hominum solictum est, utrum velint eadem sacram soli suo sumtu et sua opera exadiscere, an vero alios socios tumtuum et operarum admittentes; (2) Si primi legia sunt strictissimae interpretationis, adeoque Iudeis, quibus Rex Persarum sui templi sacerorumque florum crethonem quam clementissime, suppeditatis praeterea cum insinem regius donis, indulserat, ne integrum quidem fuit (quod ipsius Iudeorum proceres recte monent v. 3. l. c.), ut in Samaritanorum usum templum castrarentur; et (3) Iudeis insuper nec alia §. XVIII. recentita argumenta decerant, quae, ut sibi a Samaritanis caueretur, suadebant: tum non video, cur Iudeis adeo vitio vertendum sit, quod Samaritanorum votis locum non reliquerint. Iudei alias in admittendis gentibus non erant difficiles, dummodo idolorum cultu serio missio, sua sacra suscepissent *Eze 6, 21.* Vnde consequens est, ut Iudei, dum satius ducerent, Samaritanis abstinere, suspicari sint, eos accessum rogantes: aliquid monstri atere, fraudemque machinari: fuerant enim Samaritani, quod textus facer diserte prae se fert, eosque Iudeorum aduersarii. Neque euinci satis potest, illos tam tum temporis ritibus idolorum cultui fauentibus penitus valedixisse. Quae cum ita sint, cordato quidem, modeste tamen, minime inclementer, quod V. V. placet, societatem cum iis iniire recusarunt. Quod ipsum Samaritanum animos adeo in furem egit, ut nihil quidquam eorum intermitterent, quae ad afflictionem afflictis addendam faciebant. *Eze 4, 4.* Iam judicent lectors, vtra pars *statim a reditu Iudeorum in suas terras* rizas mouerit et aluerit, vtra majori odio aduersus alteram imbuta, vtra majori nocendi studio dedita, vtra innocentior et justior fuerit. Ceterum nullus dubito, quin Iudei, his aliisque malis exacerbati, in primis post aedificatum in Garizim templum, etiam immanni odio aduersos Samaritanos se permiserint. Peccatum est intra iliacos muros et extra, *Sirac. 50, 27. 28.*

§. XX. Sibi inferuinurus, prouocat V. D. ad *Iob. 4, 9.* ubi Samaritica mulier ε συγχωται, inquit, Iudei Σαμαριται, quod inuenimus nullibi legamus, sic ut contra dicteretur, Samaritani nihil habent communio cum Iudeis. Hic nihil est, quod moneam, nisi quod vox συγχωται

Xerorū non posuit *illuminare*, prout V. D. proposuit, capi. Licetbat enim omnino Iudaicū cum Samaritanis versari, ab iis emere, opera eorum vti, benedictionibus eorum respondere, *Amen*, in oppidis eorum diversari, et quae sunt reliqua; dum e contrario tantum prohibiti erant a beneficiis, ab ipsis accipiendis, ne eis obnoxii redderentur, a pangendis cum ipsis foederibus, a fermentatis ipsorum, et sic porro; in quibus recensendis non detinebor, cum legi queant apud *Lightfootum* in horis *Ehr. Talm.* atque apud *Lampium* in *Comment. ad h. l.* quibus ad di poneat, si placet, *Schoetgenius*.

§. XXI. Nos pergimus c) ad illud argumentum, quod ex ipso *Iosepho*, Scriptore Iudaicorum domestico, pro sua sententia sibi attulisse videtur. Ita autem (p. 60 sq.) ratiocinatur: *Quodsi ejus aetate Misraica antiqua vere legerunt Ebal; tum exspectandum erat ab hoc anno re, cum verbis clarissimis dictiūrum fuisse, locum, in quo altare exstruendum erat, et postea exstruebatur, fuisse Ebal. Sed ille (ita pergit) mandatum diuinum referens (Ant. L, 4. c. 8. §. 44) sic dicit: aram exstruere jussit, ad solem orientem versus, non procul ab urbe Sichimorum, INTER MONTES DVOS, Garizaeo ad dexteram posito, ad laeuan autem Gibalo.* Ex his Vir *Ill.* concludit: *Hic itaque Iosephus adfirmat, altare, eis non in monte Garizim, tamen neque in monte Ebal, exstruendum fuisse, sed inter vtrumque, et magis prope ad Garizim, quatenus non procul absuerit a Sichem, quae urbs ad pedem montis Garizim sita erat, etc.* Non poterat profecto *Iosephus* dissentius mentem suam declarare, quam quidem fecit. Non debebat *Iosephus* adfirmare, altare in ipso monte alterutrius cacumine exstruendum fuisse, et exstructum esse, vbi scilicet numquam fuit, nec esse potuit, quia vtrumque montem dispartiae tribus occupaturaē erant, et vere occupauerunt. Constitutum itaque fuit, *Iosepho* clare edifferente, inter vtrumque montem, vbi quam commodissime existere, eique sine impedimento ministrari poterat. Magnopere autem errat *V. D.* dum sibi persuader, *Iosephum* fateri, *altare magis ad Garizim pertinuisse*, quia nimirum scripsit, illud non procul absuisse a Sichem, quae quippe urbs ad pedem montis Garizim sita fuerit. Quasi vero de monte *Ebal* dici non possit, non procul absuisse a Sichemo, cum noto notius sit, urbem *Sichem* situm habuisse inter vtrumque montem, atque inter vtrumque vix duorum stadiorum spatium fuisse.

fuisse. Percipiemus potius in sequentibus, *Iosephum* statuere, aram proprius ad *Ebal* spectasse, atque ad radicem illius extituisse, cum e contrario arca, quae iridem locum inter duos illos colles in valle intermedia occupabat, proprius ad Garizim pertineret. Memorat praeterea *Iosephus* momentum aliquod, quod sententiam nostram egregie confirmat, et vslui quoque nobis erit deinceps. Postquam scilicet narravit, aram ponendam fuisse inter vtrumque montem, diuisumque exercitum in senas tribus super duobus montibus statuendum fuisse, tum addit: οὐαὶ σὺν αὐτοῖς λευκταῖς τέ καὶ ταῖς ἱεραῖς, i. e. juxta seu ad illos duos montes leuitas et sacerdotes. Quia scilicet ad alterum montem arca, ad alterum ara collocari, his autem Leuitae et sacerdotes adesse debebant: hinc adserit, σύν αὐτοῖς sc. οὔτι, ad illos montes constitudos quoque fuisse quosdam Leuitas et sacerdores. Σὺν αὐτοῖς enim non trahendum ad remotiora μερισταῖς δὲ ταῖς σεξτιῖς καθ' ἔξ Φυλαῖς, ut vel generis differentia ostendit, sed ad propria epi τοιν δυον ογεν.

§. XXII. Progreditur nunc *V.V.* ad mandati mosaici exsecutionem, duce Iosua susceptram (p. 61. sqq.) quam *Iosephus* primo generatim describit: atque inde cum omni populo prosector Sicina, et altare statuit, ubi Moses praeceperat; deinde vero speciatim: et dein exercitu diuiso, in montem quidem Garizim dimidium ejus constituit, dimidium vero alterum in monte Gibalo (ubi et altare est) et cum iis Leuitas et sacerdotes. Hic putat *V. K.* mentionem montis *Ebal* tam alieno loco factam esse, et torum contextum per verba: εν ω καὶ βωμος εστι, sic turbari, ut fatendum sit, hacc verba sapere interpolationem. Prior non admitto; quia historicis illud non extra morem est, ut generalem facti aliquius designationem specialiori praemittat; specialiorem autem facti recessionem specialiores quoque postulare περιστατεῖς, quem fugit? Quoad posterius, ipse opinor, consuetam lectionem deserendam, atque Epiphanium sequendum esse, qui lectionem suppeditat, pluribus codd. MSS. probaram, bene fluentem, et rei ipsi conuenientem, quae ita se habet: επι δὲ τῷ Γιβαλῷ την πατεταινην εν ω καὶ βωμον εστι, καὶ το λευκτικον καὶ ταῖς ἱεραῖς διεμεριστε. Potes etiam verbum διεμεριστε abjicere, tamquam superfluum, sensu manente integro.

§. XXIII. Sed excipit *V.V.* (p. 64.) hac admissa lectione, *Iosephum* aperte secum pugnare. Superius enim eum adfirmasse, altare non exstructum

structum fuisse in monte Ebal, sed prope Garizim, nunc autem dicendum esse, eum statuere, illud fuisse exstructum in monte Ebal. At enim 1) nego, ipsum adfirmasse, altare fuisse prope Garizim; dixit potius, locum habuisse inter ambo montes. 2) Quamvis Iosephus subinde sibi non constet, quod vel ex narratione ejus de tempore conditi templi Garizimiani. A. I. L. II. c. 8. §. 4. oppido intelligitur; nego tamen, quod hic secum pugnet, dicatur altare exstructum fuisse in ipso monte Ebal. Quod ut pateat, inspicimus ipsa verba Iosephi. Cum de sex tribibus, super monte Garizim locatis, loquitur; tum ait: επι μεν τω Γαριζη οντε; atque eodem modo, cum de sex tribibus super monte Ebal verba facit, dicit: επι δε τω Εβαλων. Nunc vero statim subjicit: εν ω ναι βουνον επι. Quodsi indicare voluisse Iosephus, altare in ipso Ebal constitutum fuisse: tum haud dubie demo dixisset; εφ ω ναι βουνον επι, quod vero non fecit, sed constructionem mutauit, manifesto indicio, cum non voluisse dicere, quod altare positum fuerit in ipso, super ipso monte, sed juxta eum, prope ipsum, statim ad radicem eus, ita ut ipsi immixtare videretur. Sic igitur Iosephus sibi non est contrarius. Modo enim referebat, altare inter versus montem extitisse, nunc vero magis determinate dicit, altare prope Ebal positum fuisse; ut adeo unus locus alterum confirmet atque illustreret.

§. XXIV. Verum aliud præterea est, quod V. D. offendit, ex quo simul concludit, Iosephi textum a recentiore Iudeo valde corruptum esse. Illud scilicet (p. 64.) quod vanissime adfirmetur, Iosephum tradidisse, Leuitas et sacerdotes in eodem monte steriffe, qui tamen (p. 73 sqq.) in monte Garizim locum habuerint. Cum vero hi sacrificiis praestandis destinati, vnicueque ministri altaris constituti fuerint; sequi, vt in Garizim, vbi stationem habebant, sacrificauerint, ibidemque altare aedicauerint. At bona res est. Fuit omnino tribus Leuitica, textu sacro præeunte, monti Garizim in hoc aetü addicta, sed delectus quidam Leuitarum numerus in valle inter duos montes constituebat, partim apud arcam Dei, quod ipse V. D. concedit, partim ad altare, haud procul ab Ebal distans. Et hoc est, quod h. l. adseuerat Iosephus, dicens, Iosuam constituisse ad Ebalem aram et generis leuitici et saerdotalis homines, qui sacris operarentur. Consentient hæc cum iis, quae supra ad Iosephi l. 4. c. 8. §. 44. scripsimus.

§. XXV. Delabitur hinc (p. 65 fqq.) ad Iosephi narrationem A. I.
 L. 13. c. 3. §. 4. ubi Iudaei coram Ptolomeo Philometore causam suam de
 templo Hierosolymis, non vero in monte Garizim erigendo, perorasse,
 viatoresque discessisse perhibentur. Hic putat V. Cel. ante omnia 1) Iu-
 daeos non monti Ebal vindicasse cum honorem, quem Garizim per multos
 annos male usurpauerat; sed videri potius, Iudeos ne uno quidem verbo
 contrarium adfirmantes, altari honorem Garizim concessisse. Id solum tum
 temporis quaestum fuisset, annon major sanctitas Hierosolymis, quam mon-
 ti Garizim tribuenda esset. Ambagibus usurpus 1) respondere possem,
 V. K. gratis supponere, aetate Ptolomaci jam lectum esse in cod. Samarita-
 no Garizim loco Ebal; quod tamen euincit nequit. Quodsi itaque tum
 temporis nondum haec lectionis diuersitas inter Iudeos et Samarita-
 nos obtinuerit; sequitur ut Iudaei contra eam disputare non poruerint.
 Deinde 2) si quaefio vnicce agitata fuit coram rege de templo uno al-
 teri praferendo, vbi vult celeb. dissentiens: tum eatenus Iudeis per-
 inde esse poterat, vtrum Iosuae aetate hic vel alibi altare aliquod πεσ-
 ηνεον aedificatum fuerit. Sufficiebat ipsis, Deum luculente sequenti
 aeno significasse, fibi vnicum templum Hierosolymitanum adprobari.
 Ab existentia arae, in aliquo loco olim a piis majoribus exstructae, non
 valebat consequentia ad exstruendum in illo templum, nisi infinita fere
 templa exstrui debuerint. Pone igitur, quod tamen ponи non potest,
 Iudeos coram Philometore hoc solummodo momentum vrisse, et de
 falsitate lectionis Samaritanorum, si vel maxime illa jam exstitit, non
 disputasse, sed illud taatisper seposuisse, quia arcem rei non tangebat;
 tum tamen non adparet, ipsos altaris honorem monti Garizim conces-
 sissem. Ast propius ad hoc totum negotium expediendum accedamus!
 Existimat (p. 66 fqq.) K. V. ipsam descriptionem regii arbitrii, a Iosepho
 traditam, caussam Samaritanorum plus tueri, quam destruere. Sed ego
 quidem id non video. Iudei teste Iosepho adfirmabant, Hierosolymita-
 num templum divina auctoritate legis Mosaicae munitum esse; Samaritani
 eamdem auctoritatem de suo templo jactabant. Res, vtraque parte con-
 sentiente, deferebatur ad Ptolomaicum, et ita quidem, ut vtraque pars
 jurejmando confirmaret, se velle argumenta secundum legem proferre et
 Regis vindictam implorare, si quis fidem datam violare ausus esset. Quid
 sit? Andronicus, Iudeorum orator, caussam pro templo Hieros. agit

N) ex

¶) ex lege, 2) ex successione pontificum, 3) ex regim Asiae, qui hujus templi dignitatem agnouerint, donationibus magnificis, quibus templum Garizitanum omnimode caruerit; atque 4) ex aliis rationibus. Quibus omnibus Rex permotus, edito decreuit, AEDIFICATIONEM TEMPLI HIEROSOLYMITANI AVCTORITATE LEGIS MOSAICAES CONFIRMATAM ESSE, et Samaritanor - - morte plebendos. Haec sunt ipissima Iosephi verba, in quibus tractandis Ven. Kennicottus την υποθετη adeo δελευτ, ut nemo magis. Etenim 1) hoc judicium maxime injustum pronuntiat. Quare vero hoc? quia Samaritani ad mortem condemnati essent, non audita cauſa. Quomodo hoc probatur? Plane, ait, non adparet, Samaritanis cauſam suam dicere licuisse. Quae nam consecutio? Iosephus specialius non explicuit argumenta Samaritanorum, quia clumbia erant, et solida esse haud poterant; qnod vel ex occasione, templo Garizirano exſtruendo data aperiſſime videre eſt; ergo nihil coram Rege ad suam cauſam exornandam protulerunt, ergo ipsis non licuit suam cauſam dicere! Contrarium praeterea ex eo elucet, quod Iosephus diserte tradat, Regem, percepto procedendi modo, de quo inter litigantes conuenerat, adhilitis non paucis in consilium amicis, confidisse, cauſam orantes auditurum; scilicet Rex oranter, non orantem auditorus erat. Qui exſculpi ex his potest, Samaritanis non permisum fuisse pro ſe verba facere? Denique si quis codicem Busbequianum sequi voluerit, qui pro ταῦτα λέγουν Αὐθεονος, και πολλα τετοις ὄμοια, πειθετον βασιλευη νοει μεν. κ. τ. λ. legit διαλεχθειτων μεντοι των αλληλοις εναντισμενων, ο βασιλευε νοει μεν. κ. τ. λ. quam lectionem ipsius negotii natura requirit: tunc ne vmbra quidem argumentationis Kennicotianae remanet.

§. XXVI. 2) Opinatur, argumentis Iudaeorum nullam vim infuisse. Namque a) Iudeos quidem iuramento confirmasse, se totam rem unice ex lege Mosaica probatuuros esse; nihil minus tamen fecisse: immo b) neque hoc fieri potuisse, quia in toto Pentateuchone unum quidem verbum exſtareret de aedificando in urbe Hierosolyma templo quodam. Iam respondebo ad utrumque. Quod ad primum attinet, fortiter nego, quod Iudei cauſam suam non probauerint. Quod interposito jure jurando promiserant, et cuius neglectus cauſa vindictam regiam implorauerant, hoc utique praefliterunt, vti Iosephus totidem verbis dicit, et Rex,

judicium ferens, palam profitetur. Haec eo vsque vera sunt, quounque Vir. Cel. contrarium non probauerit. Quis vero dixerit, Iudeos extra oleas vagatos esse, dum, prolatis argumentis legalibus, alia adjecterunt, quibus sua vis apud Regem ethnicum constabat?

§. XXVII. Quod vero ad secundum attinet, ego saltim non sine admiratione legi, defendere V. D. Iudeos suam sententiam ex lege Mosaica probare non possem, quia in toto Pentateuco ne unum quidem verbum existaret de aedificando in urbe Hieros. templo quodam. Si probatio ita instituenda fuerit: tum siire percepirem, cum Samaritani in eundem probandi modum conseruent, ubinam enim aliquod verbum in Pentateuco existet de aedificando in monte Garizim templo? Ex his consequitur, Kennicotum questionem, de qua agebatur coram Rege, non recte proposuisse. Iudei, inquit Iosephus, contendebant, IV XTA MOSIS PRAESCRIBTA conditum esse templum Hieros. Samaritae vero Garizitanum. Iudei ergo non debuerunt ex legis Mos. littera ostendere, Hierosolymis templum erigendum esse; sed ipsis tantum probandum erat, suum templum Hieros. juxta Mosis praescripia conditum esse; quod vero Samaritani de suo cuincere non poterant, et si illud adfererent. Introducam itaque Iudeos loquentes coram Rege, ut patet, quid ad causam suam confirmandam ex Mose depromere potuerint. Deus, sic forte ajebant, in Pentateuco Mosaico nos Israelitas pro populo suo peculiari declarauit, ea quidem lege, ut sejuncti viueremus ab aliis omnibus gentibus. Nobis, non huic variarum gentium colluvie, regulas ad vitam pie transigendam dedit, in primis vero nobis cultum sacrum praescripsit, rigorosissime obseruandum. Ex tribibus nostris solam selegit tribum Leuiticam, atque ex ea Aharonitas, qui sacrificarentur, cosque severissime prohibuit matrimonii, cum alienigenarum filiabus incundis Leuit. 21, 7. 13. 14. At enim quamvis forte Samaritae gloriari possint, fuisse hucusque inter ipsos quosdam Leuitas, et nominatim Aharonitas, qui sacrorum administrarint curam: tum tamen probe tenendum, eos omnes esse reprobos, non ex nostro, sed legis iudicio, quia cum alienigenis sese commiscuerunt; adeoque eos prorsus inhabiles esse, tum ad templum aliquod erigendum, tum ad sacra, quae Deo probantur, peragenda. Samaritae itaque juxta Mosis praescripta Deo cultum praestare nequeunt. His quam maxime accedit,

dit, Deum Deut. 12, 5. 6. 11. 12. promisisse, se, occupata terra Ca-naan, locum ex omnibus tribus electurum, quo poneretur nomen ipsius, ut habeat ibidem, ad quem sacra celebraturi, et Deo sacrificia oblaturi, se conseruent. Quo semel stabilito, nemini integrum esse voluit (v. 13. 14. 18. 26. 27.) in quoconque loco obvio, et si vel hac vel illa de causa se se commendet, holocausta offerre, se potius jubere, ut sua sacra unice prae-starent in illa vrbe, quam suo tempore, tamquam a se electam, esset designaturus. Perspicue hic textus docet, tempus fore, quo sacrorum in vsum locus fixus constitueretur, secus ac in deserto, vbi modo hic, modo alibi conuenierant, secus eriam ac sub initium suae in terra Canaan commemorationis, quoisque tabernaculo vrebantur, quod jam Silunte, jam alia in vrbe erat. Idque futurum esse v. 10. dicitur, post-quam Iehoua ipsis concessisset quietem ab omnibus suis hostibus, circuncirca ipsos infestantibus, ut habitare secure possint. Atqui, sic pergere poterant Iudaei, hoc Dei promissum, quod haud dubie exsecutioni dandum fuit, stante republica Israelitica, eaque florentissima, ante infaustam decem tribuum sejunctionem a tribu Iudea et Benjamin, vel numquami impletum est, vel certe implementum obtinuit aut postremis Davidis annis, cum, subiectis cunctis hostibus, alta pace frueretur 2 Sam. 7, 1 sq. 1 Par. 18, 1. aut regnante Salomone, qui regnum sibi traditum pacate ad-ministravit, 1 Reg. 4, 24. 25. C. 5, 3. 4. C. 8, 18. 19. Iam quidem ex libris nostrum sacris discimus, quos Samaritani respuunt, quia ad horum duorum cauillam suam desperatam esse intelligent, Davidem eodem temporis articulo, quo tranquilla erant omnia, consilium de aedi-ficando templo cepisse; Deum vero ejus exstructionem Salomoni desti-nasse; manifesto quidem indicio, non ex arbitrio hominum, sed solius Dei natu, gestum esse rempli negotium. Prout autem Salomo templum, nostro Deo sacrum, ad typum Dauidi diuinitus subministratum (1 Par. 29, 11. 12. 19.) glorioissime Hierosolymis in monte Morija, vbi Abra-hamus quoque olim obseruatu dignissima sacra fecerat, extruxit: ita etiam summum Numen, editis quam plurimis benevolentiae signis, idem adprobauit; atque inde ab illo tempore ad hoc templum nostra sacra adstricta fuere, Pontificibus maximis justo ordine legaliter sibi iuicem succendentibus. In hoc templo foederis arca, quae legis nostrae tabulas continuit, et quidquid nobis sacrosanctum et venerabile habitum fuit,

adseruabatur. Peperit vero sibi hoc templum tantam celebritatem, ut vel exterorum attentionem et reuerentiam excitauerit; durauitque usque ad Nebucadnez aris tempora, qui, Deo permittente, et templum destruxit, et gentem nostram captiuam abduxit. Sicuti, o Rex, haec cuncta historiarum fide nituntur; ita eadem historia testis est sat locuples, Samaritanos antiquioribus illis temporibus numquam habuisse templum, sed cultos potius esse ab ipsis duos vitulos, quibus aliquando alios addiderunt deasters. Interim majoribus nostris, ex captiuitate reducibus, Deus per Prophetas idem in mandatis dedit, ut templo, in eodem loco, quo antea steterat, restauraret, manus admouerent, sperarentque, Messiae aduentum sub hoc templo certo certius futurum: quod et fecerunt, admirabili Dei gratia suffulti, et si tum horum Samaritanorum majores, tum alii, ipsis grauissima objicerent impedimenta; et praeterea inopia pressi non viderent, qui opus tam arduum; multosque sumitus requirens, perfici possit. Neque dubitarunt illius aetatis Samaritani de dignitate loci, a nobis ad templum aedificandum electi; quia, ut in illius templi admitterent communionem, omnibus votis desiderarunt, hoc minime facturi, nisi de loco debito fuissent persuasi. Enim vero, quia per legis Mosaicae rationes eos majores nostri repellebant; hinc multo majora in dies incrementa sumfis, quo jam aduersus nos flagrabant, odium. Postquam vero *Iddonis*, Pontificis nostri frater, *Manasses*, veritas nuptias cum *Sanballati*, hominis gente ethnici, filia contrixerat, eamque ob causam a sacris administrandis exclusus erat, eo tandem andaciae processerunt, ut in monte *Garizim* sibi aliquod templum condiderint, nullo praecente diuino oraculo moniti, sed eaussis turpibus permoti; nullo diuini fauoris signo edito adprobati, sed omnibus venerationis alicujus documentis, quibus vel ipsi exteri nostrum templum prosecuti sunt, destituti.

§. XXVIII. Exhibuimus breuiter, quibus praesidiis nostrum templum muniatur, et uti juxta *Mosis* *praescripta* illud aedificatum fuerit. Nullius e contrario momenti sunt, quae Samaritae pro suo ex Pentateucho Mosaico addueunt, quae tua, o Rex, pace plene enarrabimus. Proueant ante omnia ad *Abrahamum*, qui ad montem *Garizim* sacrificauerit super altari ibidem erecto: quod vero falsum est; cum potius in *querceto More*, multum a *Garizim* remoto, sacra sua peregerit. Tamenus, quod *Abrahamus* pluribus in locis altaria extruxerit, adeoque nihil

nihil praecipui pro *Garizim* ex illo actu sequi possit. Nituntur *deinde* eo, quod *Mosēs* benedictiones ex monte *Garizin* recitari jussérunt. Num vero ex eo fluat, templum quoque ei inaeditandum esse, vel nobis non monen-tibus pater. Immo vero, si haec argumentandi ratio valuerit: tum nos ma-ximo jure monte *Morija* sumus vii. Quum enim *Abrahamus*, pater noster, tantum obsequii erga Deum specimen exhibuerat, quantum potest esse maximum, ut etiam filium *vni genitum*, sibique dilectissimum, Dei in honorem super altari, in illo monte condito, immolatus esset: tunc (*Genes. 22, 15-18*) ipse Dei filius tantis promissis, interposito simul juramento, *Abrahamum* imbuuit, ut vix majora esse potuerint. Digna-sunt Mosaici textus verba, quae hic existent: *Per me ipsum*, inquit, *juro, propterea quod — — non pepercisti filio tuo, eique unigenito*, igitur **ABUNDANTISSIME TIBI BENEDICAM, ET MIRVM IN MODVM MULTIPLICABO POSTEROS TVOS,** ita ut sint aequae in-numerabiles ac stellae coeli, et sic vt arena, quae est ad marginem maris; et possidebunt illi urbes ho-stivm svorum. Quid, quod? BENEDICENT SIBI IN ALIQVO POSTERORVM TVORVM OMNES GENTES TERRAE etc. Num-quid, o Rex, significantius aliquid dici, numquid excellentior benedictio-nis formula cogitari, non ad *Abrahamum* solum, sed etiam ad ipsius posteros pertinens, poterit? Sed pergamus, licet! Addunt deni-que nostri aduersarii, *Mosēn* iussisse, ut in *Garizim*, quem montem be-nedictum vocare amant, altare aedificetur, et super eo, praesentibus cunctis tribubus, quam solemnissime sacra fierent. At vero eo ipso ne-fandi plane criminis se reos fecerunt, quia fraudulenter suis in codicibus *Garizim* loco *tsb Ebal* substituerunt, cum codices nostri ad unum omnes non nisi *Ebal* legant. Quae cum ita sint, ipso sole clarius est, templum *Garizitanum* nullius esse auctoritatis. z. t. λ.

§. XXIX. Numquid jam mirum videri potest, quod Rex pro Iudaeis aduersus Samaritanos sententiam dixerit? non putem. Atque ego non capio, qui V.K. (p. 68) scribere potuerit, numquam tam in-justum judicium repertum esse, quam hoc. Neque ego adsequi possum, quomodo ex tota *Iosephi* narratione adpareat, Samaritanos non corrupisse textum, ad disputandum propositum, quoniam eo tempore non ausi fuissent Iudei ejusmodi corruptionis eos conuincere. Vbi nam hoc probauit

probauit *V. K.*? Numquid ex eo, quod *Iosephus* tantum argumentorum fontes indicauit, specialia vero non edisseruit, sequitur, Iudeos Samaritanis corruptionem textus sacri neque exprobrasse neque probasse? Illud omne *Iosephus* satis aperte significauit, quum dicit, *Andronicum orationem suam inscripsi ex lege*, et Samaritanos suae causae probationem aequem promisisse ex lege. Quis jam dubitet, Samaritanos eo tempore omnia corrasisse, quae ad exornandam causam vullo modo facere videbantur, et Iudeos cuncta illa ad vincendos adversarios confutasse?

§ XXX. Tandem d) progreditur (p. 71 sqq.) ad mandatum Mosaici execucionem, *Ios. VIII, 30.* sqq. descriptam, opinaturque, quia in Ebraico hodie *Ebal*, in chronicō autem Samaritano *Garizim* habetur, indeoque auctoritas auctoritati contradiceret, singula historiae sacrae adjuncta consideranda esse, quae rem omnem definire videantur. Haec vix fine stupore legimus. Siquidem Excell. K. *Iosuae* librum pro vere canonico habeat, de Chronicō autem Samaritano, quod vulgo etiam *Iosuae* liber appellatur, liquido constet, illud multis plurimisque mendaciis et nugis scatere, diuersis temporibus a diuersis auctoribus compositum, et probabiliter sub *Alexandro Seuero* penitus conjectum esse: tum non adparer, qui dicere ausit *V. D.* hic auctoritatem auctoritati contradicere. Immo vero, *Chronicon* sequoris actatis, variorumque auctōrum, absurdissime per omnia fere conflatum, contradicit libro sacro, veraci, et de rebus sui temporis testanti. Quodsi ergo auctoritatem auctoritati opponere voluerit: tum longe alia circumspicienda sunt, quam quidem illa anilium fabularum farrago. Videatur de hoc Chronicō *Relandius* diss. *Miscell.* P. 2. n. 7. §. 5. 6. ex quo etiam patebit, illud non 39 capitibus absolui, ut scribit *V. D.* sed potius 49 capita contineat. Sed conuertamus nos ad historiae sacrae adjuncta, quae rem omnem *V. K.* definire videntur. Desumit (p. 73.) primam, quam sibi fauentem judicat, circumstantiam a loco, quem *Iosuas* imperator in illa solemnitate occupauerit. Atque hic a probabilitate se ipsi commendat, stetisse *Iosuam* in monte amoenissimo benedictionum, non vero maledictionum; in monte item, altari et lege ornato, non in altero, qui tali ornamento carebat. Cumque insuper viri principes haud dubie vel in vertice, vel ad latus illius montis, locum tenuerint, quo ipsorum tribus erant;

Iosuas

Iosuas autem ex tribu Ephraimitica ortum traxisset, quae montem *Garizim* vna cum aliis obfedererit: tum denuo sequi existimat, *Iosuam* in hoc ipso monte pedem fixisse, inque eodem altare erectum, et legem scriptam fuisse. Habes, Lector, integrum gratis adsumitarum suppositionum seriem! Mihi *Iosuas* neque huic neque illi monti adserendus esse viderur, qui porius, *tamquam imperator et Dux omnium*, non tribui Ephraimiticae adhaesit, vt reliqui tribuum principes, qui a nutu ipsius pendebant; sed, toto populo in duas partes diuiso, inter utrumque montem, in medio locum occupauit, ita vt sex tribus ad dexteram, sex ad sinistram haberet, ipsumque ad omnes pertinere adpareret. Idque eo rectius me adfirmare posse arbitror, quia inter utrumque montem et area foederis et altare sacrificiis dicatum, inscripione lege ornatum, reperiebantur.

§. XXXI. Secundam circumstantiam petir (p. 74.) ab eo, quod, si altare in *Ebal* fuerit, atque in eo oblatio facta sit, nulli inueniantur, qui ibidem sacrificandi officio fungi potuerint, quod securus se haberet, si altare ad montem *Garizim*, in quo tribus Leuitica, ministerio sacrorum intenta, steterit, referretur. Hic sibi K. mirifice placet, opinatus, iam summa probabilitate non carere, altare et legem monti *Garizitano* vindicanda esse, spemque concipit, si semel lectori persuasum fuerit, Samaritanos non corrupisse Pentateuchum, fore, et non minus ei persuaderi possit, corrupisse eum Iudeos, et non hunc solum locum in Pentateuco, sed alterum quoque *Iosuae* parallelum. Egregie! Supra iam obseruauimus, tribum Leuiticam, si de maxima ejus parte sermo est, omnino locum tenuisse in monte *Garizim*, quosdam vero ex ea tribu adhibitos esse, vt penes arcam essent, et altari ministrarent. Quod si sit, vt natura negotii id requirit, et quoad arcam *Iosuae* 8, 30 diserte traditur: tum corrui omnis argumentatio V. K. arque illud quoque, quod auctariori loco a p. 75 - 80 fuse subjunxit, vbi jam dicta mutatis tantummodo verbis repetit.

§. XXXII. Tertiam denique circumstantiam deriuat (p. 81-100.) ab ea ipsa lege, quam Moses lapidibus erigendis inscribi jussit, et *Iosuas* suo tempore inscribi curauit. Quae vt clariore euadant, tenendum, V. cel. statuere, inscriptas esse dictis lapidibus duas Decalogi tabulas, ita vt, quae referenda erant ad primam tabulam, vni lapidi, et quae pertinebant

nebant ad alteram tabulam, alteri infigenda fuerint. Quae vbi copiosissime persecutus est, addit, *supra modum mirum videri posse*, quod non magis circumscripte atque clare commemoratum sit, quenam lex insculpedita fuerit, quod tum Iosuae, tum posteris ejus praestitisset hanc vulgarem. Ut igitur omnis haec admiratio cesset, omnis haec turbatio evanescat, omnis narrationis hujus inconstancia mox tollatur, *auctoritatem Pentateuchi Samaritani commendat*, qui quippe *Exodi 20* mox post clausulam decimi praecepit quinque versus interseruerit, totam hanc rem in clara luce ponentes. Undenam hi versus desunt sint, vel vbiaam legantur in textu Ebraico, *supra §. XVII.* obseruauimus: vnde non est, quod hic eos confignemus. Dici vix potest, quantum huic momento tribuat *V. Cl.* ad extollendum codicem Samariticum, atque ad euincendum, quod lapides, legem continentis, et altare, sacrificii peragendi aptatum, in monte Garizim exsisterint. Nos, breuitatis studiosi, ad breve tempus dabimus, ea, quae *Ex. 20* inter v. 17. 18. in Pentateacho et Versione Samaritanorum leguntur, si caput rei spectes, genuina esse, cuius tamen contrarium ex infra dicendis elueſſerit: quid vero inde luerabitur *Vir Excell.*? Nihil profeſto. Remaner enim ea ipsa quaestio, quae circa *Deut. 27, 4.* agitatur; virum scilicet locus *Exodi* perinde ac locus *Deuteronomii*, quoad montis designationem, corruptus sit, an sanus? Si enim Samaritani huic violentas manus intulerunt; tum non minus creditu facillimum erit, eos quoque illum viatasse. Si vero Iudei textum depravauerunt in Deuteronomio; tum dubitaturum puto neminem, quin etiam locum in *Exodo*, si ille genuinus fuerit, corruperint, vel vocem *Ebal* in antiquioribus Mstis substituendo, vel in recentioribus totum contextum omitendo. Canit itaque *V. K.* triumphum ante victoriam, quam p. 98. scripsit: *neque etiam iis, qui animaduertierint, qualis honor per hanc narrationem* (sc. quam exhibet Pentat. Samarit. *Ex. 20.* inter v. 17. 18.) *tribuatur monti Garizim, amplius illa dubitatio oriatur*, quomodo antiqui Iudei illam omittentes potuerint. Ut adeo illi ipsi, qui depravauerunt locum *Deut. 27, 4.* nihil aliud fecerint, quam quod ipsorum consilii conueniret, si etiam *Ex. 20.* corruperint, omitendo Garizim in posteriore loco eadem in genuitate, qua immutarunt in priori. Satis confidenter haec dicta sunt, quam tamen lis adhuc sit sub judice!

§. XXXIII.

§. XXXIII. Quibus ita expositis, inde a p. 101 pugnam init cum *Collino*, qui, peruersissimo licet sine, pentateuchum Samaritanum depravationibus plurimis labore acriter defendit. Quod ut extra dubitationem poneret, inter alia ad *Deut.* 27, 4. nec non *Exodi* 20, 17. provocauit, et, quod negari non potest, ea ex parte attulit, quae non contennenda sunt. Iam *V. K.* quidem ista omnia (p. 113 fqq.) diluere adnititur; sed non est, quod iis immoremur. Vel enim antea quae dixerat, denuo reperit, vel in medium producit precario adsumta, quae aduersarius numquam largitur. Sic enim *Iosuam* ultima comitia majoris solemnitatis causa *Sichemi* habuisse, non *Tinnat Serachi*, vbi alias sedem fixam habuerat, facile concedo. Memorabilis omnino is locus erat, quia (*Ios.* 8, 30 fqq.) in ejus vicinia ante complures annos, post auditas benedictionum et maledictionum formulas, et oblationes Deo factas, foedus cum Deo quam solemnissime pepigerant, quod jam renouaturus erat. Quum vero simul statuit, *Iosuam* putasse, magis aptum esse, hanc ceremoniam in MONTE GARIZIM PERAGI, IN QVO ARA DEI EXSTRVCTA ERAIT, ET LEX INSCVLPTA; tum omnino petit id, quod est in principio; atque ex mero hypothecos studio ait, *Iosuam* euocasse capita omnium tribuum ad se in MONTEM GARIZIM, in quo adparuisserunt coram Deo. Haec textus nescit, imo respuit. Numquid enim verba: susterunt se coram Deo, tantumdem valent, ac processerunt seniores euocati in montem Garizim? Cum in *Iosuae* libro saepius haec dictio, coram Iehoua, occurrat, idemque sit ac, ante tabernaculum et arcam, vt videre est c. 4, 13. c. 1, 8. c. 7, 23. c. 18, 6. 8. 10. c. 19, 51. hinc maxime probabile est, eamdem arcam, vt praesentes eo majori reverentia duecerentur, Silunte *Sichenum*, imperatore sic jubente, deportaram fuisse. Et nunc quoque intelligitur, qui v. 26. dici queat, constitutum fuisse lapidem magnum in hujus negotii memoriam, sub queru, quae erat ad sanctuarium Iehouae. Quod non de monte Garizim ejusque imaginario altari, vt K. sibi persuaderet, sed potius de tentorio, sub quo arca foederalis existebat, explicandum est. Mitto reliqua, quae falsa illatione nituntur.

SECTIO II.

§. XXXIV.

Haec tenus ostendere conati sumus, V. K. neque Samaritanos a suspitione corrupti codicis sacri liberasse, neque Iudeos admissae de prauationis conuicisse. Quae in fauorem Samaritanorum adulit, ita fuerunt comparata, ut non minus de Iudeis adfirmari queant; et quae aduersus Iudeos produxit in medium, sine magno labore depelli poterant. Si quidem mitissime de V. D. labore sentire, et liberalissime cum eo agere velimus: tum largiemur, ipsum jam rem eo deduxisse, vt, nisi alia suppetant argumenta, dubium maneat, vtrum Iudei, an vero Samaritanus textum Ebraicum immutauerint. Illa autem quum nonnulli prorsus desperent, itaque τὸ ἐπεχεῖν eligere maluerunt. Pertinet huc iure suo elegantissima VEN. SEMLERI, Praeceptoris summe colendi, conjectura, quam P. 2. praeparat ad Hermen. S. p. 256. n. 17. cum orbe eruditio communicauit: scribit nimis, forte in Moysi autographo nullum prorsus montis nomen expressum, sed tantum εἰρηνὴ montem, tum temporis notissimum, designatum fuisse, sequiori aetate contigisse. ut qualibet pars pro suo arbitratu et bona mente specialiorem montis designationem addiderit. Me quod attinet, hoc supposito, quod Moyses vero propiorem nominis montis mentionem fecerit, tentabo in praesentia arguementa in scenam producere, quibus extra rationabilem dubitationem ponи, et certitudine saltem morali defendi queat, Samaritanos, τὸ Ebal nomen Garizim substituendo, textum sacrum corrupisse.

§. XXXV. Primo quidem pro Iudeorum hac in parte innocentia aduersus Samaritas ex tuta regula, qua testimoniorum fidem examinare consuevimus, argumentor. Si, prouti jam Hieronymus Opp. T. I. ep. 9. obseruauit, fidele est illud testimonium, quod cauſas non habet mentiendi: tum Iudaicorum codicum testimonium, quod perhibent de Ebal, maximam omnino fidem meretur, et Samaritanus e contrario codicis testimonium de Garizim fide indignum est. Nihil hic aliud requiritur, quam vt a) probem, Iudeos in hoc negotio non habuisse mentiendi cauſas. Ipsius profecto perinde erat, vtrum Moses altare ad Garizim, an vero ad Ebalem adstrinxisset aedificandum. Etenim a) nullum sentiebant da-

num

mmum, si in *Garizim* exstructum fuerat altare; quia 1) ex suac gentis historia, atque in primis ex libris suis sacris, docere poterant, templum Deo dicatum non monti *Garizitano*, vtur pluribus priuilegiis illustri, sed Hierosolymis vindicandum fuisse: et praeterea 2) omnium oculis patet, non valere ab altaris quondam in *Garizim* exstructi existentia consequentiam ad templum in eo exstruendum, nisi centena templa pro numero altarium, olim sive a sanctis viris in priuatum familiarum suarum usum, sive publica auctoritate in usus totius coetus Israelitici conditorum, excitari debuerint. Quibus accedebat 3) quod templum Hierosolymis restaurare numquam potuissent, nisi Numinis prouidentia singularissima rebus ipsorum excellentissimo prorsus modo inuigilasse: quod ei solum obscurum esse potest, qui vel historiam gentis, qualis fuit post captiuitatem Babylonicam, ignorat, vel oculos data opera occludit. Hoc vero erat *primum*: Adfirmo vero 3) *Iudeos* non perceperisse aliquod commodum, si ex edicto Moysis altare ad *Ebalem* referendum fuerit. Ex omni enim, quounque patet, gentis Israeliticae et in specie Iudeorum historia ne viro quidem indicio constat, eos umquam post *Iosuac* tempora hunc montem adhibuisse vel ad tabernaculum ibi figendum, vel elegisse ad templum super eo exstruendum, vel superstitionis aliquem cultum ibidem stabilendum. Verbo: montem *Ebal* Iudei numquam aliqua veneratione prosecuti sunt, propterea quod codices ipsorum profiteruntur, altare *Mosis* iussu ibidem condendum fuisse. Ex dictis infero; quia Iudei neque damnum ex lectione *Garizim*, neque commodum ex lectione *Ebal* habuere: ergo non habuerunt caussas mentiendi, et testimonium ipsorum de *Ebale* utique est fidele. Si quis dixerit, mentiendi caussam apud Iudeos fuisse odium illud insigne, quo exarserunt aduersus Samaritas: tum omissis aliis respondeo, hoc momentum non esse decisum, quia supra jam obseruauimus, Samaritas non minori odio aduersus Iudeos incensos fuisse. Quo itaque jure tu Iudeos admissae corruptionis incusas, eodem ego Samaritas tex-tus corruptores vocare possum. Hic vero diuersa plane est Samaritanorum cauſa: probari nimis b) potest, eos vilitatem derinare in se potuisse ex lectione *Garizim*, ejus vero iacturam fecisse, obtinente lectione *Ebal*. Interrogati enim, cur in monte *Garizitano* templum aliquod noviter aedificassent? nihil aliud potius allegare poterant, quam sanctificare

XXXVIII VINDICIAE LOCI DE VT. XXVII, 4.

tem illius loci, seu praerogatiwas, quas Deus illi monti olim indulxisset. Gloriabantur, vt cum V. K. loquamur, Abrahamum ibi sacrificasse, Mosen iussisse, vt benedictionum formulae ex eo proclamarentur, eius quoque iussum altare ibi erectum, oblationes holocausticas et pacificas super eo praefitas, legemque lapidibus insculptam ibidem fuisse. Arque haec cuncta jaetabundi adferre poterant, si lectio ne Garizim vterentur: at enim maximam partem sine praesidio erant, si textus Mosaicus altaris, sacrificiorum, et legis insculptae honorem monti Ebal tribueret. Isporum igitur intererat, vt monti Ebal suam dignitatem detraherent, atque e contrario monti Garizim eamdem vindicatum irent. Habuere igitur Iudei in hoc negotio mentiendi, dolos negetendi, et textum deprauandi causam nullam; Samaritani vero ex sua opinione satis determinantem. Ex quo claret, Iudeos sine omni ratione in suspicionem commissae fraudis adduci.

§. XXXVI. Secundo, si quidem Iudei, vt K. putat, fraudis artifices dicendi sint in hoc negotio: tum sequitur etiam, vt mores dolose agentium expresserint, nisi illos ad unum omnes fungos et stipites fuisse somniaueris. Atqui dolos machinantibus solempne est, vt omnia probe circumspiciant, quae ad peruersum finem obtinendum faciunt, cuncta vero, quae obsunt, arecant, occultent, dissimulent. Quae si concesseris, ut omnino concedi debent; tum finge tibi Iudeos, aduersus templum Garizitanum insurrecturos, qui sibi id datum negotii crediderunt, vt montem Garizim iussis, quas Samaritae jaetabant, praerogatiwas exuerent: quid putas, quaeſo te, numquid unam tantum praerogatiwam, altaris et legis ibidem scriptae, negabunt, vel ex libro, cui illae insertae sunt, eradent, alteram vero, scil. benedictionum in eo recitaturum, intemeratam relinquent? vix putem. Quam facile Iudeis fuerit Ebal pro Garizim ponere, cum de altari erigendo sermo haberetur; tam facile etiam iis fuit, benedictionum pronunciatarum honorem ei detrahere, dummodo in iisdem locis, vbi haec leguntur, pro Garizim lectoribus suis Ebal propinarent. Cum Samaritae omne id, quod gloriosum esse poterat, ad Garizim retulerint: Iudei haud dubie, si dolose agere voluerunt, cuncta illa in Ebalem translaturi erant; quinimmo debebant, si dolum aliquem in suum commodum concinare studuerunt. Verbo; conformaturi suos libros ita erant, vt monti Garizitano nil nisi maledi-

maledictionis in eo factae memoria superesset. Atqui hoc non reprehenditur ab ipsis factum esse. Iudaei potius, suum quasi cuique monte sine partium studio tribuentes, vsque in hodiernum diem in suis codicibus eam lectionem exhibent, ex qua intelligitur, maledictionem in Ebal, benedictionem in Garizim promulgatam, apud illum vero simul altare conditum fuisse. Ex his iure concludo, illos iniuste doli hic commissi in suspicionem incurrere; Samaritas vero merito fraudum architectos vocari.

§. XXXVII. Tertium argumentum desumo *ex vniuersali consensu* 1) omnium hebraeorum codicum, omniumque 2) versionum antiquarum, quae ad unum omnes EBAL, non vero GARIZIM exhibent. Facile intellexit V. C. quam molestum ipsi hoc argumentum sit. Hinc omnem lapidem mouet (p. 24. 29.) ut illud, si fieri possit, in nihilum redigat. Quod igitur 1) ad consensum codd. Hebr. attinet, sumi, ait, certum, quod est in quaestione. Quaereri enim, utrum in exemplis hebraicis, aut Samaritanis, vera lectione retenta sit? adeoque non posse concludi, EBAL esse veram lectionem, quia hoc vocabulum in hebraicis exemplis reperiatur. Eodem iure Samaritanos lectionem GARIZIM pro vera venditare posse, quia in omnibus hodiernis exemplis Samaritanis exstaret. Quantum 2) ad antiquas versiones, existimat, a) eas valutas quidem, si de corruptione sermo esset, sexcentos circiter annos post Christum natum facta. Dum vero iam de corruptione agatur, 400 sere ante Christum annis introducta; non adparere, quomodo in tali quaestione versiones illae vilam vim habere possint, cum illae nimis recentes sint, quam esse debebant, si quis recte vellet earum auctoritate nisi. Has versiones in inicio quidem esse, ex quo pateat, quomodo adfecta fuerint exempla illa, quae in transferendo auctores illarum sequuntur fuerint; qualia vero exempla, centum annis quinque, sex aut septem antiquiora, fuerint, ex iis plane non constitui posse. Deinde b) subjicit, ne quidem verum esse, omnes antiquas versiones legere in hoc nostro loco Ebal. Patere contrarium ex antiqua versione Samaria- ni Pentateuchi, litteris Samaritanis et dialeto Samaritana seu Chaldaeo-Hebraica scripta, quae ex Samaritano textu facta pro eo idem valeret, quod pro hebraico textu versio ab eodem desumpta valere existimat. Eamdem quoque lectionem adserre versionem Samaritani textus Arabicam duplarem, et haud dubie quoque graecam, si umquam talis exsisterit. Quibus

bus ita enarratis tandem (p. 29) subdit: *cum igitur textus textui, versiones versionibus, possint opponi; intelligimus sane, neque ex textu, neque ex versionibus satis firmum argumentum, vel potius ullum omnino, desumere posse, quo in constituta huic corruptionis sede propria uti licet.*

§. XXXVIII. Quatumvis sibi V. C. periuadeat, se hoc argumentum infregisse: attamen omnino nihil egit, dummodo controversiae status recte formetur. Etenim 1) ponamus tantisper, quod vero minime ponere potest, ad hodiernum usque diem superesse verutissimos Pentat. Samarit. codices, vetustissimasque eius versiones, ipsam Christi, interris versati, aetatem superantes: tum tamen ad ducentum superiorum argumentorum ita ratiocinandum est. Si Iudaei nullam prorsus habuerunt in hoc negotio textum Mosaicum corrumpendi causam et animum: tum etiam codices suos, atque ex iis factas versiones, hac in parte non corruperunt. Si vero Samaritani liberari non possunt a fraudis suspitione, quorum quippe et re erat, templo Garizitano undecumque praefidia comparare, quae inter alia sperare poterant, si quaevis gloriofa a Deo in ipsum collata esse jactarent: tum consequens est, ut eorum codices pariter, atque ex iis conflatae versiones, hoc saltem in loco, pro corruptis haberri debeant. Iam patet, minime a nobis sumi id, quod est in quaestione. Numquid enim jus fasque est, codices et versiones, fraudis suspitione quam maxime in quadam causa oneratas, codicibus opponere et versionibus, quibus in eadem causa fraus obici nequit? Quodsi partium inter se litigantium aequalitatem probare volueris: id numquam obtinebis, si altera premitur fraudis justa suspitione, altera vero ab ea immunis est. Si vero unus testis haud suspectus jam pondus suum habet: tum sequitur, plures, immo longe plurimos testes, id, de quo testimonium edunt, plane posituros esse omnem extra dubitationem; sicuti et contrario testes, quorum fides intuta est, vel in infinitum multiplicati, attentionem nullam merentur. 2) Dignitatem huius argumenti, quod a consensu codicum et versionum petitur, eo magis perspiciemus, perpendentes, non solum codices impressos, sed etiam, qui hucusque in lucem protrahiri potuerunt, manuscriptos, recentiores et veteres, quorum nonnulli ad aetatem 900 annorum et ultra pertigerunt, orientalium pariter atque occidentalium, tam Rabbanitarum quam Karaitarum, unanimi confensione in lectionem nostram

nostram conspirare, et præterea versiones antiquas, tum ante tum haud multo post C. N. ex antiquissimis codicibus confectas, veluti των LXX, (cujus M̄ta ad nos peruerunt, quac aetatem XIV saeculorum habere dicuntur) Chaldaicam, Syriacam, Italam etc. quantumvis in aliis infinitis a se inuicem discrepant, cum ea facere. Ex historia genit⁹ Iudaicæ, inde a captiuitate Babelica vsque ad nostra tempora superstiti⁹, notum est, eos in quam plurimis inter se inuicem diuersa sensisse. Diuersi fuere in multis Babylonenses a Palæstinensibus; diuertia sententiārum existere Pharisæos inter et Sadducaeos, qui *Mōsis* litteram, explosis omnibus traditionibus, crepantes, similes fuere ea in parte Samaritanis. Et quam dissident a se inuicem Rabbanitae et Karaitæ, quanto se inuicem prosequuntur odio! Quac cum ita sint, concepi prorsus nequit, in longe plurimis, immo in ipsa de *Messia* doctrina, omnium gravissima, in diuersa abeuntes, nihilo tamen minus in eo conuenisse, quod Moses l. c. *Ebal*, non vero *Garizim* scripsiterit, nisi omnium certissimi fuisse, *Mōsen* vere ira, nec aliter scripsisse. Idque eo magis prorsus incredibile viderur, quia sacra ipsorum, Hierosolymis olim celebrata, per alia argumentorum pondera defendi poterant, et si *Mōsis* vel maxime *Garizim*, monti, altaris in eo erigendi honorem derulisset. Existere, vt et hoc addam, præsa pariter atque recentior aetate inter Iudaicos viri probi, a fraudibus remoti, veri rectique amantes, naevos suorum subinde ingenue confessi, legis et rerum inter ipsos antiquitus gestarum maxime gnari, Philosophi, Critici, vere docti: qui igitur fieri potuit, vt ad unum omnes hac in re coeci fuerint, et nemini eorum contigerit esse tam felici, vt falsum a majoribus commissum cordate dedereret?

§. XXXIX. Ex hactenus dictis V. V. intelliger, argumentum, a consensu codd. et versionum antiquarum deductum, omnino robore suo pollere ad confirmandam lectionem *Ebal*, et si vetustissima hodie adessent Pentateuchi Samaritani et versionis ejusdem exempla. At enim vero ea ne adsum quidem. Proferat, si possit, V. V. vel unicum Pentateuchi Samaritani indubium codicem, qui aetate quingentorum annorum superbiat, cum e contrario textus Ebraici et versionum ejus codices manuscriptos excitare queamus, duplo antiquiores. Haud inutilem, sed præclaram præterito anno operam in eo posuit Cl. Olaus Gerhardus Tychsen, cum in peculiari diff. *Buezouii* habita ostendit, Pentateuchus Ebraeo-

Samaritanum ab Ebraeo, coquo Masorethico, exemplari descriptum esse; sicuti ipse V. K. diffiteri non potuit, Samaritanos codices suis, temporum iniuria mutilatos redditos, ex Ebraico emendasse, et suppleuisse. Quantum itaque pretium ejusmodi interpolato recenterque efformato codici statuendum sit, in negotio ad Iudeos pertinente, nobis non monentibus claret.

V I R O
IVVENI PRAESTANTISSIMO
IOHANNI SAMVELI ZEFFEL
S. D.

Acceſſi ad nos, P R A E S T A N T I S S I M E Z E F F E L I, ante hunc annum, a proprie-
tate nostris bene instruclis, in primis vero ea plororumque orientalium et occi-
dentalium linguarum notitia iam imbutus, quam longe plurimi, S. S. Theolo-
giae operam nuanies, ne per omnem quidem viram sibi comparant. Tantum autem
abſiit; ut, quia complures profectilis amceſſebas, orio, ad vos delatus, TE permit-
terez, ut porius incredibilis ardore V I R O R Y M V E N E R A N D O R V M A T Q V E E X-
C E L L E N T I S S I M O R V M Scholas frequenteras, omnis generis bona norae libros
euoueres, audita vero et lecta continua meditatione profosuereris. Neque hic ſubſtituit
T V A diligenciam; ſed F A V T O R I B Y S ratiōnem ſtudiorum, inter nos buxusque traſta-
torum, redditur, flatuſque ſpécimētū, aliquid eruditioñis T V A E in cardibium acadē-
miam proſerre, illudque publico examini ſubjicere. Parasti itaque, me praeccunie,
Vindictas loci Mæſtici, quem a Indacis foede corruptum eſſe, ſibi aliisque perſuafum
iuit VEN. KENNICKOTVS. Non dubito, quin pro erectori, quod TIBI inſi,
ingenio, partes T V A S in iis defendendis, feliciterris impleturus, et, ſi ita pertexer-
is, aliorum commodiſ aliquid quam praeſtiffime ſiſiſtrutur. Gratiolor tibi
laudabiles, quos in litteris feciſi, progressus ex anno, Deum precatus, ut TIBI
fauor, coepisque T V I S numquam non clementer adnatur! Nihil mibi jam ſuperſc̄e
video, quam ut TE PATRONIS STVDIORVMQVE PROMOTORIBY S, qui
hucusque tuam egeſtatem, quiccum collectariſ, liberalifſime et munificē ſubſerviāunt,
tamquam beneficij longe digniſſimum de meliori commendent. Sic vale et me amet!
Dobam d. XIX Aprilis. M D C C L X V I.

3d 2287

X 2284284

Vd 18

Nr.



VINDICIAE
TOT
J J G
DEVTER. XXVII, 4.
CONTRA
CELEB. KENNICKOTVM
INSTYTUTAE
QVAS
SVB SVMMI NVMINIS AVSPICIIS
CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO
DOCTISSIMO
IOHANNE FRIDERICO STIEBRITZ
PHILOSOPHIAE OECONOMIAE POLITICES ET CAMERALIVM
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO
ALVMNORVM REGIORVM EPHORO
PRAECEPTORE ATQVE PATRONO
PIETATE MAXIMA AETATEM DEVENERANDO
D. XXV. APRILIS A. O. S. MDCCCLXVI.
PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICET
AVCTOR RESPONDENS
IOHANN SAMVEL ZEFFEL
OLNSA - SILESIVS
S. S. THEOLOGIAE CVLTOR.
HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS GRVNERIANIS